196

Terentii Comœdiæ, *manuscript of the fourteenth century*, on vellum 12*mo*. xiv Cent.

*** This MS. is a palimpsest. It was formerly in the Celotti collection.

145

Terence

a Palimpsest



Sir T. P.
Middle Hill
2746

Natus in excelsis tectis cartaginis alte
Romanis ducibus bellica preda fui
descripsi mores hominum iuvenumque senumque
Qualiter et servi decipiant dominos
Quid meretrix quid leno dolis confingat avarus
Hec quicumque leget sic puto cautus erit

Nata Andria [illegible] insula in grecia que olim dicta passibula.
Argumentum [illegible] postquam Simo sensit illum de captivi amore Glicerie [illegible] cognoscens ex ratione quodam advena.

Natus in excelsis tectis Carthaginis alte
Romanis ducibus bellica preda fui.
Descripsi mores hominum iuvenumque senumque,
Qualiter et servi decipiant dominos,
Quid meretrix, quid leno dolis confingat avarus.
Hec quicumque leget sic puto cautus erit.

Sororem falso creditam meretricule
Generem Andrie Glicerium vitiavit Pamphilus.
Gravidaque facta dat fidem uxorem sibi fore hanc.
Nam aliam pater ei desponsaverat gnatam
Cremetis, atque ut amorem comperit simulat futuras
Cupiens suus quid habet animo filius cognoscere nuptias.
Davi suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glicerio natum ut vidit puerulum
Cremes, recusat nuptias, generum abdicat,
Mox filiam Glicerium insperato agnitam
Hanc Pamphilo dat, aliam Carino coniugem.

Poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
Id sibi negotii credidit solum dari,
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.
Verum evenire aliter multo intelligit.
Nam in prologis scribendis operam abutitur,
Non qui argumentum narret, sed qui malevoli
Et veteris poete maledictis respondeat.
Nunc quam rem vitio dent quaeso animadvertite.

dicebant enim quod ipse te(rentius) fecerat andriam. ut erat formata ab ipso
meandro / ipse bene accepit formam / sed alio stilo quam pulcriori.

Menander fecit andriam et pyrithyam:
Qui utramuis recte norit / ambas nouerit;
Non ita dissimili sunt argumento:
Sed dissimili oratione sunt facte ac stilo.
Que conuenere in andriam: ex pyrithya
Fatetur transtulisse atque usum pro suis.
Id isti uituperant factum: atque in eo disputant:
Non decere contaminari fabulas.
Faciunt ne intelligendo ut nichil intelligant.
Qui cum hunc accusant: neuium plautum ennium
Accusant: quos hic noster auctores habet:
Quorum emulari exoptat negligentiam
potius quam istorum obscuram diligentiam.
dehinc ut quiescant porro moneo et desinant
Maledicere: ne malefacta noscant sua.
Fauete / adestote equo animo / et rem cognoscite
ut pernoscatis / et quid spei reliquum sit / Facte:
posthac quas faciet de integro comedias.
Spectande / an exigende sint uobis prius.

Vos istec intro auferte / abite sosia
Ades dum: paucis te uolo. Dictum
puta: nempe ut curentur hec recte.
Immo aliud. Quid est quod tibi mea ars
efficere possit amplius? Nichil istac opus
est arte / ad hanc rem quam paro. Sed his

quas semper in te intellexi sitas fide et taciturnitate. Expecto quid velis. Ego
postquam te emi a parvulo ut tibi semper apud
me iusta et clemens fuerit servitus scis.
feci ex servo ut esses libertus mihi propterea quod ser
viebas liberaliter. quod habui summum pretium per
solvi tibi. In memoriam habeo.
Haud muto factum. Gaudeo si tibi
quid feci aut facio quod placeat Simo.
Et id gratum fuisse adversum te habeo gratiam.
Sed hoc mihi molestum est. nam istec commemoratio
Quasi exprobratio est immemoris beneficii.
Quin tu uno verbo dic quid est quod me velis.
Ita faciam. hoc primum in hac re predico tibi.
Quas credis has esse non sunt vere nuptie.
Cur simulas igitur. Rem omnem a principio audies.
Eo pacto gnati vitam et consilium meum cognosces
et in hac re quid te facere velim. Nam is
postquam excessit ex ephebis Sosia liberius vi
vendi fuit potestas. nam antea qui scire posses
aut ingenium noscere. dum etas metus
magister prohibebant. Ita est. Quod ple
rique omnes faciunt adolescentuli ut
animum ad aliquod studium adiungant a
ut equos alere aut canes ad venandum
aut ad philosophos. Horum nihil egregie

ille preter cetera studebat . & tamen omnia
hec mediocriter Gaudebam. So. Non iniuria
nam id arbitror. Apprime esse utile in uita
ut nequid nimis. Si. Sic uita erat. facile
omnes perferre ac pati. Cum quibus erat
cumque. hiis una se dedere. Et eorum obsequi studi
is / aduersus nemini / Numquam preponens se illis
ita ut facillime sine inuidia laudem inueni
as. & amicos pares. So. Sapienter uitam
instituit. Namque hoc tempore obsequium
amicos / ueritas odium parit. Interea
mulier quedam abhinc triennium ex andro
commigrauit. huc uicinie. Inopia & cog
natorum negligentia coacta / egregia forma
atque etate integra. So. Hey uereor nequid
andria apportet mali. Si. Primum hec
pudice / uitam / parce ac duriter agebat / la
na & tela / uictum queritans. Sed postquam
amans accessit pretium / pollicens unus / &
item alter / ita ut ingenium est omnium ho
minum / a labore procliue ad libidinem /
Accepit conditionem. dehinc questum occepit.
Qui tum illam amabant forte / ut fit /
filium perduxere illuc secum / ut una esset
meum. Egomet continuo mecum / certe ca
ptus est. habet. obseruabam mane illorum

servulos venientes aut abeuntes rogita
bam. Heus puer dic sodes quis heri crisi
dem habuit? Nam andrie illi id erat nomen. So. Te
neo. Sy. Fedriam aut cliniam dicebant aut
niceratum. Nam isti tres tunc simul amabant.
Eho quid pamphilus? Quid? Simbolum dedit
cenauit. Gaudebam. Item alio die quesiebam
comperiebam nichil ad pamphilum quicquam at
tinere. Enim spectatum satis putabam et magnum
exemplum continentie. Nam qui cum ingeniis
conflictatur eiusmodi neque commouetur ani
mus in ea re scias posse habere iam ipsum sue ui
te modum. Cum id michi placebat tum uno
ore omnes omnia bona dicere et laudare for
tunas meas qui gnatum haberem tali ingenio
preditum. Quid opus uerbis est? Hac fama
impulsus cremes ultro ad me uenit unicam
gnatam suam cum dote summa filio
uxorem ut daret. Placuit. Despondi. Hic
nuptiis dictus est dies. So. Quid obstat cur
non uere fiant? Sy. Audies. Fere in diebus
paucis quibus hec acta sunt crisis uicina
hec moritur. So. O factum bene beasti. Ei me
tui a criside. Sy. Ibi tum filius cum illis qui
amabant crisidem una aderat frequens.
Curabat una funus. Tristis interim non num
quam collacrimabat. Placuit tum id michi. Sic cogitabam.

hic pater consuetudinis causa mor-
tem eam fert familiariter. Quid si
ipse amasset? quid hic michi faciet
patri? Hec ego putabam esse omnia
humani ingenii. Mansuetique animi officia.
Quid multis moror? Egomet quoque eius causa
in funus prodeo nichil suspicans etiam ma-
li. Hem quid est? Scies. Effertur. I-
mus. interea inter mulieres que ibi ad-
erant, unam forte aspicio adolescen-
tulam forma. Bona fortasse. Et
uultu sosia adeo modesto atque uenu-
sto ut nichil supra. Que tum mi lamentari
preter ceteras uisa est. Honesta ac liberalis.
accedo ad pedissequas. Que sit rogo. So-
rorem aiunt esse Chrisidis. Percussit ilico
animum. at at hoc illud est. Hinc ille
lacrime. hec illa est misericordia. Quam timeo
quorsum euadas. Funus interim. Pro-
cedit. sequimur ad sepulchrum ueni-
mus. In ignem posita est. Fletur. Interea
hec soror quam dixi ad flammam acce-
ssit imprudentius satis cum periculo.
Ibi tum exanimatus pamphilus bene
dissimulatum amorem et celatum indic-
at. Accurrit. mediam mulierem complectitur.
Mea glicerium inquit quid agis. cur te

ut perdidit. Ibi tum illa ut consuetum facile
amorem cernere. Reiecit se in eum flens q;
familiariter. Si. Quid ais. S. Redeo
inde iratus atq; egre ferens. Nec satis
ad obiurgandum cause. Diceret. Quid
feci. quid commerui aut peccavi pater. Que
sese in ignem inicere voluit. prohibui.
servavi. Honesta oratio est. S. Recte
putas. Nam si illum obiurges vite qui
auxilium tulit. Quid facies illi qui dederit
dampnum aut malum. Venit ad me
Cremes postridie clamitans. Indignum
facinus comperisse. pamphilum pro uxore
re habere hanc peregrinam. Ego illud se
dulo negare factum. Ille instat factum.
denique ita tum discedo ab illo ut qui
se filiam neget daturum. S. Non tu
ibi gnatum. Si. Ne hec quidem satis
vehemens causa ad obiurgandum. S. Qui
cedo. Si. Tute ipse his rebus finem prescri
psisti. pater. prope adest cum alieno more vi
vendum est mi. Sine nunc me meo vivere
interea modo. S. Quis igitur relictus est
obiurgandi locus. Si. Si propter amorem
uxorem nolit ducere. ea primum ab illo ani
advertenda iniuria est. Et nunc id operam

do ut per falsas nuptias vera obiurgan
di causa sit, si deneget. Simul sceleratus da
uus, si quid consilii habet, ut consumat
nunc, cum nichil obsint doli; quem ego credo
manibus pedibusque obnixe omnia
facturum magis id adeo mihi, ut incom
modet, quam ut obsequatur gnato.
SO. Quapropter? SI. Rogas? mala mens, ma
lus animus. quem quidem ego si se
sero. Sed quid opus est verbis? si tu eue
niat quod volo in pamphilo, ut nichil
sit more, restat chremes, qui mi exoran
dus est, et spero confore. Nunc tuum
est officium, has bene ut assimules nuptias,
perterrefacias dauum, observes fili
um, quid agat, quid cum illo consilii
captet. SO. Sat est, curabo. SI. eamus nunc iam intro.
I pre, sequar.

Non dubium est, quin uxorem nolit fi
lius. Ita dauum modo timere sensi,
ubi nuptias futuras esse audivit. sed
ipse exit foras. DA. Mirabar hoc si sic
abiret, et heri semper lenitas verebar
quorsum evaderet. qui postquam audierat
non datum iri filio uxorem suo, numquam cui
quam nostrum verbum fecit. Neque id egre tulit.

Si. At nunc faciet neque ut opinor sine tuo ma
gno malo. Da. Id voluit nos sic necopi
nantes duci falso gaudio sperantes iam a
moto metu interea oscitantes opprimi. ne
esset spatium cogitandi ad disturbandas
nuptias astute. Si. Carnifex quae loquitur.
Da. Herus est neque provideram. Si. Daue. Da. Hem
quid est. Si. Ehodum ad me. Da. Quid hic
uult. Si. Quid agis. Da. Qua de re. Si. Rog
as. meum gnatum rumor est amare.
Da. Id populus curat scilicet. Si. Hoccine agis
an non. Da. Ego vero istuc. Si. Sed nunc ea
me exquirere iniqui patris est. Nam quod an
tea fecit nichil ad me attinet. dum tempus
ad eam rem tulit sivi animum ut expleret
suum. Nunc hic dies aliam vitam affert
alios mores postulat. Dehinc postulo sive
equum est te oro Daue ut redeat iam in via.
Dá! Hoc quid sit. Si. Omnes qui amant graviter sibi
dari uxorem ferunt. Da. Ita aiunt. Si. Ta
men si quis magistrum ceperit ad eam rem
improbum ipsum animum egrotum ad deteriorem
partem plerumque applicat. Da. Non hercle in
tellego. Si. Non hem. Da. Davus sum non Edippus.
Si. Nempe ergo aperte vis que restant me
loqui. Da. Sane quidem. Si. Si sen
sero hodie quicquam in his te nuptiis fallacie
conari quo fiant minus aut videro te
velle in ea re ostendi quam sis callidus, verbe

Edippus dissolvebat problema ... cum hoc problema ... quod animal est illud quod primo uadit cum quatuor pedibus postea cum tribus, postea cum duobus, postea cum tribus, postea cum quatuor.

Pistrinum est locus in quo aliquid teritur, unde pistrinarii dicuntur illi qui [illegible] in molendino.

[illegible]

ribus cesum te in pistrinum daue dedam
usque ad necem ea lege atque omine ut si
te inde exemerim ego pro te molam. Quid
hoc intellextin? an nondum? etiam ne hoc
quidem. Immo callide. Ita aperte
ipsam rem modo locutus es nichil circu
itione usus es. Ubi uis facilius pas
sus sim quam in hac re deludier me. Bona
uerba queso. Irrides? Nichil me fal
lis. sed dico tibi ne temere facias. neque
hoc tu dicas tibi non predictum. caue.
Enim uero daue nichil loci est segnitie atque
secordie. Quantum intellexi modo
senis sententiam de nuptiis. Que si non
astu prouidentur me aut herum pes
sundabunt. Nec quid agam certum
est pamphilum adiutem an auscultem
seni. si illum relinquo eius uite timeo.
Si opitulor huius minas cui uerba da
re difficile est. Primum iam de amore
hoc comperit. Me infensus seruat ne
quam faciam in nuptiis fallaciam. Si se
serit perii. aut si libitum fuerit causam ce
perit. Quo iure quaque iniuria precipi
tem in pistrinum dabit. Ad hec mala hoc
michi accedit etiam. hec andria siue.

istiu uxor siue amica e. Grauida e pamp
hilo est. Audireque eorum est opere pretium
audaciam. Nam inceptio e amentium
haud amantium. Quicquid peperisset de
creuerunt tollere. Et fingunt quandam
inter se nunc fallaciam ciuem athicam
esse hanc. Fuit olim quidam senex m
ercator nauem is fregit apud andrum in
sulam. Is obiit mortem ibi tunc hanc
eiectam Crisidis patrem recepisse orba
paruam. Fabule michi hercle non fit ue
risimile. Atque ipsis commentum placet. Sed
misis ab ea egreditur. At ego hinc me
ad forum transferro. ut conueniam pamp
hilum. ne pater de hac re imprudentem
opprimat.

Audiui archilis iamdudum lesbiam
adduci iubens. Sane pol illa temulenta
est mulier et temeraria. nec e satis di
gna cui committas primo partu m
ulierem. tamen eam adducam. Importuni
tatem aspectate anicule. Obsecro quia com
potrix eius e. Dii date facultatem huic
pariundi. atque illi in aliis potius pecandi
locum. Sed quidnam pamphilum
exanimatum uideo. uereor quid siet. ope

Temulenta i. plena vino

Sunt aliique mulieres assistentes partui non docte et aliquando
pariens perit. aliquando infans unde debent esse docte et morigerate.

est factum humanum aut ceptum ... querendo dicendo factum prius incepto
erat adeo propinqua quod audiebat pa. loquentem secum et
... se ut ...

riaꝝ ut suam nunc quidnam hec turba
tristitie afferat.

Hocine est humanum factum aut in-
ceptum. Hocine est officium patris
Quid illud est. Pro deum fidem
atque hominum quid est si hec non con
tumelia est. Uxorem decreverat
dare sese mi hodie. Nonne oportuit pre
scisse me ante. Nonne prius communi
catum oportuit. ... Me miseram quod ver
bum audio. Quid cremes qui dene
gaverat se commissurum mi gnatam suam
uxorem. id mutavit. quia me inmutatum
videt. Itan obstinate operam dat ut
me a glicerio miserum abstrahat. Funditus
peream atque hominum fidem quod si fit
pereo. Adeo hominem esse invenustum
aut infelicem quemquam ut ego sum. Pro deum
obtestor atque hominum fidem. Nullon
ego cremetis pacto affinitatem fugere
potero. Quot modis contemptus. spretus
facta transacta omnia. Hem repudia
tus repetor. Quamobrem nisi id est
quod suspicor aliquid monstri alunt. Ea
quoniam nemini obtrudi potest itur ad me.
Oratio hec me miseram exanimavit
metu. Nam quid ego nunc dicam de patre.

c breviter verbum ... hunc adm... ... hoc monstrum

ah. tantam rez tam negligenter age
pteriens m̄ m̄ apd forū uxor ducen
da est tibi. pamphile hodie inquit. &
para abi domū. id m̄ uisus ē dicere
abi cito ac suspende te. obstupui. cen
sen me uerbū potuisse ullū loqui. a
ut ullam cām ineptā saltē falsam
iniquam obmutui. qđ si ego rescis
sem id prius. quid facerē si quis nūc
me roget. aliquid facerem ut hoc non
facerem. Sz nūc quid primū exequar.
Tot me impediunt curę que meū ani
mum diuerse trahunt. amor miseri
cordia huius nuptiarū sollicitudo &
tū patris pudor. qui me tam leni passus
est animo. usq; adhuc que meo cuiq;
animo libitū est facere. Ei ne ego ut
aduersor. hei m̄ incertum est quid agā.

Misera timeo incertū hoc quorsū
accidat. Sed nūc peropus ē. aut hunc
cum ipsa aut aliquid de illa me aduer
sum hunc loqui. dum in dubio ē animus
paulo momento huc ut illuc impelli
tur. Quis hic loquitur. misis salue.
O salue pamphile. Quid agit.
Rogas. laborat e dolore atq; ex hoc
misera sollicita est diē q; olim in hunc

sit constitutae nuptiae. tum autem hoc timet
ne deserat se. Hem egon istuc
conari queam. Egon propter me illam
decipi miseram? Quae mihi suum ani-
mum atque omnem vitam credidit. Quam
ego animo egregie caram pro uxore
habuerim. Bene et pudice eius doctum
atque eductum sinam coactum egestate
ingenium immutarier? Non faciam.
haud vereor si in te solo sit situm
sed vim ut queas ferre. Adeon me
ignavum putas? adeon porro ingratum
aut inhumanum aut ferum ut neque
me consuetudo neque amor neque pudor
commoveat. neque commoneat ut ser-
vem fidem. Unum hoc scio hanc me-
ritam esse. ut memor esses sui. Memor
essem. O Mysis Mysis etiam nunc mihi scripta
illa dicta sunt in animo Chrysidis de Glycerio.
Iam ferme moriens me vocat. Accessi.
vos semotae nos soli. incipit. Mi Pam-
phile huius formam atque aetatem vides.
Nec clam te est quam illi nunc utraeque
res inutiles et ad pudicitiam et ad rem
tutandam sient. Quod ego te per hanc
dexteram oro et ingenium tuum per tu

am fidem per que huius solli[citudinem] te
obtestor ne abs te hanc segreges ne
deseras. si te in germani fratris dilexi
loco sive te haec solum semper fecit max-
imum. Seu tibi morigera fuit in rebus
omnibus. Te isti virum do. amicum tutorem
patrem. Bona haec tibi committo, et tuae
mando fidei. Hanc mi in manum dat: mo-
rs continuo eam occupat. Accepi: accep-
tam servabo. Ita spero quidem. Sed cur
tu abis ab illa. Obstetricem accerso.
Propera atque audi verbum. Cave de nu-
ptiis ne ad morbum hoc etiam. Teneo.

Charinus. Byrria. Pamphilus.

Quid ais Byrria. daturne illa hodie pam-
philo nuptum. Sic est. Qui
scis. Apud forum modo e Davo audi-
vi. Ve mi misero ut animus in spe atque
in timore usque antehac attentus fuit. Ita
postquam adempta spes est, lapsus cura confec-
tus stupet. Quaeso edepol Carine quoniam
non potest id fieri quod vis id velis quod possit.
Nichil volo aliud quam Phylomenam.
Ha quanto satius est te id dare operam
qui istum amorem ex animo amove-
as tuo. quam id loqui quo magis libido fru-
stra incendatur tua. Facile omnes

cum valemus recta consilia egrotis da-
mus. Tu si hic sis aliter sentias. Ch. Age
age ut lubet. Ca. Sed pamphilum video
experiri omnia. certum est prius quam pereo.
Quid hic agit. Ca. Ipsum hunc ora-
bo/ huic supplicabo/ amorem huic nar-
rabo meum. credo impetrabo/ ut ali-
quot saltem protrahat dies nuptiis.
Id aliquid nichil est. Ca. Birria quid
tibi videtur adeon adeam. Bi. Quid nisi
nichil ut credo impetres. arbitretur sibi
paratum moechum/ si illam duxerit. Ca.
Abi hinc in malam rem cum suspitione
istac. Scelus. Pa. Carinum video salve.
O salve pamphile ad te venio/ spem
salutem/ auxilium/ consilium/ expetens/
neque pol consilii locum habeo. neque auxilii
copiam. Sed istuc quidnam est. Ca. Ux-
orem ducis hodie. Pa. Aiunt. Ca. Si id fa-
cis hodie me postremum vides. Pa. Quid
id est. Ca. Ei mihi vereor dicere. huic queso
dic birria. Bi. Ego dicam. Pa. Quid est.
Sponsam hic tuam amat. Pa. Ne iste
haut mecum sentit. Heus dic mihi. Num
quid nam amplius fuit tibi cum illa car-
ne. Ca. Ha pamphile nichil. Pa. Quam
vellem. Ca. Nunc te per amicitiam et per

hoc dicebat ut si nõ possis tenuere tñ differet moram amatores - philomena

amorem obsecro principio ut ne ducas.
dabo quidem operam. Sed si id non
potes, aut tibi nuptie sint cordi. Cod.
Saltem aliquot dies profer dum proficiscor
aliquo ne videam. Audi nunc
iam cum is nichil promereat postulare id
gratie apponi sibi. Ego carine neutiquam offi
cium liberi esse hominis puto. Nuptias
effugere ego istas malo quam tu adipiscier.
Reddidisti animum. Nunc si quid
potes aut tu aut hic Birria facite fingite
invenite efficite quo detur tibi. Ego
quam qui ne detur. Sat habeo. Davum
optime video. cuius consilio fretus sum.
At tu hercle haud quicquam michi nisi
ea que nichil opus sunt scire. fugin hinc.
Ego vero hic libens.

Di boni quid boni porto. Sed ubi in
veniam pamphilum. ut metum in quo
nunc est adimam. atque expleam animum ga
udio. Letus est nescio quid. Nichil est.
non dum rescivit mala. Quem ego
nunc credo si iam audierit sibi paratas
nuptias. Audin tu illum. Toto me
oppido exanimatum querere. Sed ubi queram
aut quo nunc primum intendam. Cessas

Margin glosses (right): respondet quia non dixit sup. — hec est summa quod dignum est ut tibi gratias agat qui facit, sed vult quod accipiens teneat sibi, quod hoc non est officium boni liberalis sed stulti... ego puto officium hominis non esse liberalis ... quod nichil promereat sibi apponi postulare. — nadeí mala ten. — quarta scena secundi actus in quo obviam pamphilo ... et est sciendum quod davus videat aliquem ... et dicit quia ille non credit ... Letus est. ... videbatur davum ... non videbat eos.

Bottom gloss: audin interruptio audiebant illum quod ille non videbat eos ... sequitur ... Cessas ... non poterat ... davum ... dicit non videbat eum.

[dave] Alloqui. [discedo] abeo. Dave. adest. resiste.
Quis homo est qui me. O pamphile te ipsum quero.
Euge carine ambo opportune vos volo.
Dave perii. Quin tu hoc audi. Interii.
Quid times scio. Mea quidem hercle
in dubio vita est. Et quid tu scio. Nup-
tie mi. Et id scio. Hodie. Obtundis
[quamvis] tametsi intellego. Hoc paves ne ducas tu
illam. tu autem ut ducas. Rem tenes.
Istuc ipsum. [audisti] Atqui istuc ipsum nichil peri-
cli est me vide. Obsecro te quam primum
hoc me libera miserum metu. Hem li-
bero. uxorem tibi non dat iam cremes.
Qui scis. Scio. tuus pater modo me
apprehendit ait tibi dare uxorem sese
hodie. item alia multa que nunc non
est narrandi locus. Continuo ad te properans
percurro ad forum ut dicam tibi hec. ubi
te non invenio ibi ascendo in quendam
excelsum locum. Circumspicio nusquam te.
Forte huius ibi video birriam. Rogo. negat
sese vidisse te. Michi hoc molestum. Quid
agam cogito. Redeunti interea ex ipsa re
mi incidit suspitio. Hem paululum
obsonii. ipsus tristis. de improviso nu-
ptie non coherent. Quorsum nam
istuc. Ego me continuo ad cremem
cum illuc advenio solitudo ante hostium

Obsonium

Iam id gaudeo. Ch. Recte dicis. Pa. perge.
Manco interea. introire neminem uideo
exire neminem. matronam nullam in edi
bus. nichil ornati nichil tumulti. acce
ssi intro aspexi. Pa. Scio magnum signum.
Da. Num uidentur conuenire hec nuptiis.
Pa. Non opinor daue. Da. Non opinor? narras
Non recte accipis. certa res est. etiam puerum
inde abiens conueni cremetis. olera et
pisciculos minutos ferre obolo in cenam
seni. Ch. liberatus sum hodie daue tua
opera. Da. Ac nullus quidem. Ch. Quid ita
Nempe huic prorsus illam non dat. Da.
Ridiculum caput quasi necesse sit si huic non
dat te illam uxorem ducere nisi uides
nisi senis amicos oras ambis. Ch. Bene m
ones ibo etsi hercle sepe iam me spes hec
frustrata est. uale. Pa. Quid igitur sibi u
ult pater. cur simulat. Da. Ego dicam
tibi. Si id succenseat nunc quia non det tibi
uxorem cremes. ipsus sibi uideatur esse i
niurius. neque id iniuria. prius quam tuum ut
sese habeat animum ad nuptias perspexerit.
Sed si tu negaris ducere ibi culpam omnem
in te transferet. Tum ille turbe fiant. Pa.
Quiduis patiar. Da. pater est pamphile
difficile est. tum hec sola est mulier. dictum ac

Marginal glosses (right): hoc tumultum pro ... / opinor est ubi dubitatur ... narras ... non opinaris / obolo uno denario / respondet illum qui ... / ... uale

Marginal glosses (left): Frustro / Succenseo / iniustus

Gloss at foot: Quiduis patiar ... philomenam. difficile est ... uoluntatem eius.

factum inuenit, aliquam causam quamobrem
eiciat oppido. PA. Eiciat. DA. Cito. PA.
Cedo igitur quid faciam, Daue. DA. Dic
te ducturum. PA. Hem. DA. Quid est. PA.
Egon dicam. DA. Cur non. PA. Numquam fa
ciam. DA. Ne nega. PA. Suadere noli. DA.
Ex ea re quid fiat uide. PA. Ut ab alia
excludar, hic concludar. DA. Non ita est. Nem
pe hoc sic esse opinor, dicturum patrem
ducas uolo hodie uxorem. tu illam du
cam inquies. Cedo quid iurgabit tecum.
hic reddes omnia que nunc sunt certa ei
consilia incerta ut sient, sine omni
periculo. Nam hoc haud dubium, quin
Chremes det tibi gnatam. nec tu ea
causa minueris. Hec que facis ne is
mutet sententiam. patri dic uelle te, ut cum ue
lit tibi iure irasci non queat. Nam quod tu
speras, propulsabo facile uxorem his
moribus, dabit nemo. inueniet inopem
potius quam te corrumpi sinat. Sed si te equo
animo ferre accipiet, negligentem fece
ris. aliam ociosus queret. Interea aliquid
acciderit boni. PA. Itan credis. DA. Haud dubium id quidem
demum est. PA. Vide quo me inducas. DA.
Quin taces. PA. Dicam. puerum autem
ne resciscat mi esse ex illa cautio est. Nam
pollicitus sum suscepturum. DA. O facinus

audax. pa. Hanc fidem sibi me obsecrauit
qui se sciret non deserturum ut darem.
curabit. Sed pater adest, caue te esse tristem
sentiat. Interlocutores. Simo. Dauus. Pamphilus.

Reuiso quid agant aut quid captet
consilii. Hic nunc non dubitat quin
te ducturum neges. Venit meditatus alicunde
de ex solo loco. Orationem sperat inuenisse
sese qui differat te. proin tu fac apud te
ut sies. pa. Modo ut possim daue.
Crede inquam hoc mihi pamphile, numquam hodie
tecum commutaturum patrem unum esse uer
bum si te dices ducere.

Interlocutores. Birria. Simo. Dauus. Pamphilus.

Herus me relictis rebus iussit pam
philum hodie obseruare ut quid ageret
de nuptiis scirem. Id propterea nunc hunc
uenientem sequor. Ipsum adeo presto ui
deo cum dauo. hoc agam. S. Utrumque ade
sse uideo. da. hem serua. S. pamphile. da.
quasi de improuiso respice ad eum. pa.
hem hem pater. da. probe. S. hodie uxorem
ducas ut dixi uolo. bi. Nunc nostre
timeo parti quid hic respondeat. bi.
Neque istic neque alibi tibi erit usquam in me
mora. bi. hem. da. obmutuit. bi. quid
dixit. S. Facis ut te decet cum istuc quod.

hem Birria and what ...

malle e verbum comparando ... illud verbum melius.

postulo impetro cum gratia. DA. Sum verus. PA. Hem verus quantum audio uxore excidit. SI. Et nunc iam intro ne in mora cum opus sit sies. PA. Eo. DA. Nullam ne de re esse hominum cuiquam fidem. Verum illud verbum est vulgo quod dici solet. omnes sibi malle melius esse quam alteri. Ego illam vidi virginem forma bona. Memini videre quo equior sum pamphilo. si se illam in somnis quam illum amplecti maluit. Renuntiabo ut pro hoc malo mihi det magnum malum.

SIMO. DAVUS.

Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam portare. et ea me hic restitisse gratia. SI. Quid davus narrat. DA. Eque quicquam nunc quidem. SI. Nichil ne hem. DA. Nichil prorsus. SI. Atqui expectabam quidem. DA. Preter spem evenit. sentio. hoc habet male virum. SI. Potin es mihi verum dicere. DA. Nichil facilius. SI. Num illi molestie quippiam hec sunt nuptie. propter huiusce hospite consuetudinem. DA. Nichil hercle. aut si adeo. biduum aut triduum est hec sollicitudo nosti deinde desinet. Et enim ipse

Fecisse eam rem recta reputauit uia.
S. Laudo. DA. Dum licitum est ei dumque aetas
tulit amauit; tum id clam; cauit ne
umquam infamie ea res sibi esset, ut uirum
fortem decet. Nunc uxore opus est: animum
ad uxorem appulit. S. Subtristis ui-
sus est aliquantulum mihi. DA. Nichil propter hanc
rem, sed est quod succenseat tibi. S. Quidnam
est? DA. Puerile est. S. Quid est id? DA. Nichil.
S. Immo dic quid est. DA. Ait nimium
parce facere sumptum. S. Mene? DA. Te.
Vix inquit dragmis est obsonatus decem;
non filio uidetur uxorem dare. Quem
inquit uocabo ad cenam meorum equalium
potissimum nunc? Et quod dicendum hic
siet, tu quoque perparce nimium; non laudo. S.
Tace. DA. Commoui. S. Ego istec recte ut
fiant uidero. Quidnam hoc rei est? Quid
hic uult ueterator sibi? Nam si hic mali est
quicquam, hem ille est huic rei caput.

MISIS. LESBIA. SIMO. DAUUS. GLICERIUM.

Ita pol quidem res est ut dixisti Lesbia:
fidelem haut ferme mulieri inuenias
uirum. S. Ab Andria est ancilla hec. DA. Quid nar-
ras? S. Ita est. MI. Sed hic Pamphilus. S. Quid
dicit? MI. Firmauit fidem. S. Hem. DA. Utinam
aut hic surdus aut hec muta sit. MI. Nam
quod peperisset iussit tolli. S. O Iuppiter.

Utinam aut hic hoc dicit quia ista mulier narrabat aliqua que
displicebant ipsi Dauo quia iam frustratus erat Simonem. Et postea
ista more feminarum loquitur.

quid ego ago/ actum est/ siquidem hec vera
predicat. Les. Bonum ingenium narras ad
olescentie. My. optimum sed sequere me
intro ne in mora illi sies/ cum opus sit.
Les. Sequar. Da. Quod remedium huic malo
inveniam. Si. Quid hoc autem est demens
ut ex peregrina/ iam scio ha. vix tandem
stolidus sensi. Da. Quid hic sensisse se ait.
Si. Hec primum affertur iam ab hoc fallacia.
hanc simulant parere/ quo Chremetem ab
sterreat. Gly. Juno Lucina
fer opem/ serva me obsecro. Si. hui tam cito
ridiculum. postquam ante hostium audivit stare
approperat. Non sat commode divisa sunt tempo
ribus dave hec. Da. Michin. Si. Num inmemores
discipuli. Da. Ego quid narres
nescio. Si. hicine me si imparatum in
veris nuptiis adortus esset/ quos mi ludos re
dderet. Nunc huius periculo fit. ego in portu
navigo. Lesbia. davus. simo.

Adhuc Archilis que assolent queque oportet
signa esse ad salutem omnia huic esse video.
Nunc primum fac ista ut lavet/ post deinde
quod iussi dari bibere/ et quantum impera
vi date. mox ego huc revertor. Per ecastor scitus
puer natus est Pamphilo/ deos quaeso ut sit
superstes/ quandoquidem ipse est ingenio bono cum
que huic veritus est optime adolescenti fa
cere iniuriam. Si. Vel hoc quis non credat
qui te norit abs te ortum esse. Da. Quidnam id est.

Vel hoc si quis non hic fuit de
partu ... que de illis illarum mu
lierum ... ipse ... erat ...

putabat simo quod mulieres dicerent fallaciam quam davus dixisset et ut ita loquerentur ... ista credo sunt verba simonis contra ... glicerium.

quod dicit non ... hoc ... respondet.

Lesbia que de archilis erant obstetrica videbat puerum valde ... more ... puer ...

pecastor i. per castorem.

Superstes.

ad adolescentem ... veritus quod non ... quod voluit ... deponere.

Si. Non imperabat coram quid opus facto
ēēt puerpere. Sz postquam egressa ē illis que sunt intus
clamabat de uia. Daue itan contēpnor ab
te aut itane tandem idoneus tibi uideor ēē quē
tam aperte fallere incipias dolis. Saltem ac
curate. ut metui uidear certe si resciuerim
Da. Certe hercle nunc hic ipsus se fallit haud ego.
Si. Edixin tibi interminatus ne faceres. nū
ueritus es facere. quid retulit. Credon tibi
hoc nunc peperisse hanc e pamphilo. Da. Teneo
quid erret et quid agam habeo. Si. Quid taces.
Quid credas. Da. Quasi nō renunptiata tibi sit
hec sic fore. Si. Michin quisquam. Da. Eho an tu
te intellexisti hoc assimulari. Si. Irrideor.
Da. Renunptiatum ē. nā qui istec tibi incidit
suspitio. Si. Quia te noram. Da. Quasi tu
dicas factum id consilio meo. Si. Certe enim scio
Da. Non satis me pnosti et iam qualis sim si
mo. Si. Ego ne te. Da. Sed si quid tibi narrare
occepi. continuo dari tibi uerba censes.
Si. Falso. Da. Itaque hercle nichil iam muttire
audeo. Si. Hoc ego scio unum neminem pepisse
hic. Da. Intellexisti. sz nichilo setius puerum
deferent huc ante hostium. Id ego iā nunc
tibi here renunptio futurum. ut sis sciens
ne tu hoc mi posterius dicas. daui factum
consilio aut dolis. prsus a me opinionem
hanc tuam ēē ego amotam uolo. Si. Unde
id scis. Da. Audiui et credo. Si. Multa oc
currunt simul. qui coniecturā n[illegible] hanc

coram me qd. q. d. quasi nemo dixisti m qd. faciebat idonio q' nō dixisti. Falsum ē.

puerpera

te nō peperit me egrauum (?)

i. dixi q nemo pepit uel ageret. demonstrare qñ pcurat (?) potuit puerum ad hostium.

facio. iam prius hoc e Pamphilo grauidam
dixit ee. inuentum est falsum. nunc postquam
uidet nuptias domi apparari, missa est
ancilla illico obstetricem. accersitum ad eam
et puerum ut afferret simul. Da. hoc nisi
fit puerum ut tu uideas, nichil mouen
tur nuptie. Si. Quid ais? cum intelle
xeras id consilium capere, cur non dixti
extemplo Pamphilo. Da. Quis igitur
eum ab illa extraxit nisi ego. Nam omnes
nos quidem scimus, quam misere hanc am
auit. nunc sibi uxorem expetit. postre
mo id mihi da negotii. tu in has nupti
as pergas facere. ita ut facis. et id spero
adiutores deos. Si. Immo abi intro. et
ibi me opperire. et quod parato opus est para.
Non impulit me hec nunc omnino ut
crederem. atque haud scio an que dixit sint
uera omnia. sed parui pendo. illud
multo maximum est quod pollicitus est ipse
gnatus. et nunc Chremem conueniam.
Orabo gnato uxorem. si impetro quid
alias malim quam hodie fieri has nuptias.
Nam gnatus quod pollicitus est haud du
bium est mihi. Si nolit quin eum merito
possim cogere. atque adeo in ipso tempore eccum
ipsum obuiam.
Iubeo Chremetem salvere. O te ipsum querebam

Simo. Si te ego. Cr. Optato advenis. ali
quot me adierunt. ex te auditum q[ui] di
cebant hodie filiam meam nubere tuo gnato.
Id viso tu an illi insaniant. Si. Ausculta
paucis, et quid ego te velim, et tu quod
queris scies. Cr. Ausculto loquere quid
velis. Si. Per ego te deos oro, et primam
amicitiam Chremes. q[ue] incepta a parvis
etate accrevit simul. perq[ue] unicam gna
tam tuam. et gnatum meum, cui tibi po
testas summa servandi datur, ut me ad
iuves in hac re, atq[ue] ita uti nuptie fue
rant future fiant. Cr. Ah ne me obse
cra, q[uas]i hoc te orando impetrare a me op
orteat. alium esse censes nunc me
atq[ue] olim cum dabamus. Si in rem est
utriq[ue] ut fiant, accersiri iube. Sed si
ex ea re plus mali est quam commodi utriq[ue]
id te oro in commune ut consulas. q[uas]i
illa tua sit Pamphiliq[ue] ego sim pater.
Si. Immo ita volo. itaq[ue] postulo ut fiat
Chreme. Neq[ue] postulem abs te ni ipsa
res moneat. Cr. Quid est. Si. Ire sunt
inter Glicerium et gnatum. Cr. Audio.
Si. Ita magne ut sperem posse avelli.
Cr. Fabule. Si. Profecto sic est. Cr. Sic her
cle ut dicam. amantium ire amoris
integratio est. Si. Hem id te oro ut an

animus dum in tempore daui. dum nunc eius
libido occlusa est contumeliis / priusquam
harum scelera et lacrime co-
ficte dolis deducant animum egrotum ad
misericordiam. uxorem demus. spe-
ro consuetudine et coniugio liberali de-
uinctum chreme. dehinc facile ex illis
sese emersurum malis. Chr. Tibi ita
hoc uidetur. at ego non posse arbitror.
Neque illum hanc perpetuo habere neque
me perpeti. Si. Qui scis ergo istuc
nisi periculum feceris. Chr. At istuc
periculum in filiam fieri graue est. Si.
Nempe incommoditas denique huc omnis
redit. si euenit quod dii prohibeant
dissensio. At si corrigitur / quot com-
moditates fiant / uide / principio filium
amico restitueris. tibi generum firmum
et filie inuenies uirum. Chr. Quid istic
si ita istuc animum induxti esse utile / nol-
lo tibi ullum commodum in me claudi-
er. Si. Merito te semper maximum feci
chreme. Chr. Sed quid agis. Si. Quid.
Chr. Qui scis eos nunc discordare inter se.
Si. Ipsus dauus mihi qui intimus est eorum
consiliis dixit. et his mihi suadet nup-
tias / quantum queam ut maturem.
Num censes faceret nisi sciret filium eadem

hec velle. Tu te ad eum ut audies verba
heiius evocate davum. at eum iam video ipsum
foras exire. Davus. Simo. Chremes.

Ad te ibam Simo. Si. Quidnam est. Da.
Cur uxor non accersitur. iam advesperascit. Si. Audin tu illum. Ego dudum
non nichil veritus sum dave. abs te ne fa
ceres idem quod vulgus servorum solet do
lis. ut me deluderes propterea quod amat filius.
Da. Ego istuc facerem. Si. Credidi. idque a
deo metuens vos celavi quod nunc dicam.
Da. Quid est. Si. Scies. nam propemodum habeo
tibi iam fidem. Da. Tandem cognosti qui
siem. Si. Non fuerant nuptie future.
Da. Quid non. Si. Sed ea gratia simula
vi ut vos pertemptarem. Da. Quid ais.
Si. Sic res est. Da. Vide numquam istuc quivi
ego intelligere. vah consilium callidum. Si.
hoc audi. ut hinc te introire iussi op
portune hic mi fit obviam. Da. Hem
numnam periimus. Si. Narro huic que
dudum narrasti michi. Da. Quidnam audio.
Si. Gnatam ut det oro. vix id exoro.
Da. Occidi. Si. Hem quid dixisti. Da. Optime
inquam factum est. Si. Nunc per hunc nulla
mora est. Cr. Domum modo ibo ut apparentur
dicam. atque huc renuntio. Si. Nunc te oro dave.

Advesperascit
Tandem
Callidus
Exoro

qui me solus effecisti has nuptias. DA. Ego uero
solus. SI. Corrigere gnatum mihi porro enitere.
DA. Faciam hercle sedulo. SI. Potes nunc dum
animus iratus est. DA. Quiescas. SI. Age igitur
nunc igitur ubi est ipsus? DA. Mirum ni do
mi est. SI. Ibo ad eum atque eadem hec que tibi di
xi dicam illi itidem. DA. Nullus sum. quid
cause est quin hinc in pistrinum recta profi
ciscar uia. Nichil est preci loci relictum. iam
perturbaui omnia. herum fefelli. in nuptias
conieci herilem filium. feci hodie ut fierent
insperante hoc atque inuito pamphilo. hem
astutias. quod si quiessem, nichil euenisset
mali. Sed eccum ipsum uideo. occidi. Vti
nam mihi esset aliquid hic quo me nunc precipi
tem darem. Pamphilus. Dauus.

V bi illic est scelus qui me perdidit.
DA. Perii. PA. Atque hoc confiteor iure
michi obtigisse quandoquidem tam iners tam nullius
consilii sum. seruon fortunas meas me
commisisse futili. Ego pretium ob stultitiam
fero. sed inultum id nunquam a me auferet. DA.
Post hac incolumem sat scio fore me, nunc
si deuito hoc malum. PA. Nam quid ego nunc
dicam patri. negabon me uelle modo qui sum
pollicitus ducere. qua fiducia facere id
audeam. Nec quid de me faciam nunc scio. DA.
Nec quidem me. atque id ago sedulo. dicam
aliquid me inuenturum ut huic malo
aliquam producam moram. PA. Ohe. DA.

Homines futiles dicuntur ⁊ tacenda
siler nequeunt

ulsus sum. PA. Cho dum bone uir quid ais?
Viden me tuis consiliis miserum impeditum?
DA. At iam expediam. PA. Expedies? DA. Certe p
amphile. PA. Nempe ut modo. DA. Immo m
elius spero. PA. Oh tibi ego ut credam furcifer?
Tu rem impeditam et perditam restitues?
hem quo fretus siem, qui me hodie ex
tranquillissima re coniecisti in nuptias.
An non dixi esse hoc futurum? DA. Dixi. PA.
Quid meritus? DA. Crucem. Sed sine paulu
lum ad me redeam, aliquid dispiciam. PA.
Ei mihi cum non habeo spatium ut de te sumam
supplicium ut uolo. Namque hoc tempus praecau
ere mihi me haud de te ulcisci sinit.

Carinus Pamphilus Davus

Hoccine est credibile aut memorabile
tanta uecordia innata cuiquam ut siet
ut malis gaudeat atque ex incommodis al
terius sua ut comparet commoda. ah
idne est uerum? Immo id est genus hominum
pessimum in denegando modo quis pudor
paululum adest. post ubi tempus est promissa iam
perfici, tum coacti necessario se aperiunt et
timent, et tamen res premit eos denegare.
Ibi tum eorum impudentissima oratio est. He
us proximus sum egomet mihi. attamen ubi
fides est? quis tu es? quid mihi es? cur meam tibi?
si roges nichil pudet. hic ubi opus est
non uerentur. illic ubi nil opus est ibi uerentur.

Spatium
precaue
haud
ulcisci
sinere
Vecordia
pessimum
pudor
proximus
nil opus

Sed quid agam? adeamne ad eum et cum
eo iniuriam hanc expostulem? Ingeram mala
multa. atque aliquis dicat: nihil promoveris.
multum molestus certe ei fuero atque animo
morem gessero. PA. Charine, et me et te im-
prudens, nisi quid dii respiciunt, perdidi.
CA. Itane imprudens? tandem inventa
est causa. solvisti fidem. PA. Quid tandem?
CA. Etiam nunc me seducere istis dictis
postulas? PA. Quid istuc est? CA. Postquam me
amare dixi, complacita est tibi. Heu
me miserum, qui tuum animum ex animo
spectavi meo. PA. Falsus es. CA. Non ne
tibi satis esse hoc visum solidum est gau-
dium, nisi me lactasses amantem et fal-
sa spe produceres? Habeas. PA. Habeam? ah
nescis quantis in malis verser miser. Q-
uantasque hic suis consiliis mihi confecit sollicit-
udines, meus carnifex. CA. Quid istuc
tam mirum est de te exemplum si capit. PA.
haud istuc dicas, si cognoris vel me vel
amorem meum. CA. Scio, cum patre alter-
casti dudum, et is nunc propterea tibi succenset,
nec te quivit hodie cogere illam ut duceres.
PA. Immo etiam, quo tu minus scis erumnas me-
as, hee nuptie non apparabantur mihi, nec
postulabat nunc quisquam uxorem dare. CA.
Scio: tu coactus tua voluntate es. PA. Mane:

Istuc complacita

expecta nondum satis. CA. Scio equidem illam
ducturum esse te. PA. Cur me enecas? hoc
audi numquam destitit instare ut dicerem
me esse ducturum patri. suadere orare
usque adeo donec perpulit. CA. Quis homo
istuc? PA. davus. CA. davus? PA. davus in-
terturbat. CA. Quamobrem? PA. Nescio nisi
mihi deos satis scio fuisse iratos. qui
ei auscultaverim. CA. Factum est hoc dave.
DA. Factum. CA. Hem quid ais scelus. At
tibi dignum dii factis exitium duint. Eho
dic mihi si omnes hunc coniectum in nuptias i
nimici vellent. quid nisi hoc consilium da
rent. DA. deceptus sum. at non defatiga
tus. CA. Scio. DA. at non successit. alia
aggrediemur via. nisi id putas quia pri
mo processit parum non posse iam ad
salutem converti hoc malum. PA. Immo etiam
nam satis credo si advigilaveris ex
unis geminas mihi conficies nuptias. DA.
Ego pamphile hoc tibi pro servitio de
beo conari manibus pedibusque noctes
que ac dies. capitis periculum adire. dum
prosim tibi. tuum est si quid preter spem
evenit mihi ignoscere. parum succe
dit quod ago aut facio sedulo. vel melius
tute aliud reperi me missum face. P.

pa· Cupio restituere quem a me accepisti locum· da Faciam· pa· At iam hoc opus est· da· hem st mane/ concrepuit a glicerio hostium· pa· Nichil ad te· da Quero· pa· hem nuncine demum· da At iam h(oc) tibi inventum dabo·

Misis pamphilus carinus davus

Iam ubi ubi erit inventum tibi curabo· et mecum adductum tuum pamphilum· tu modo anime mi/ noli te macerare· pa Misis· my Quid est· hem pamphile optime mi te offers· pa Quid est· my Orare iussit/ si se ames hera/ iam ut ad sese venias· videre ait cupere te· pa Vah peryi· hoc malum integrascit/ sicine me atque illam opera tua/ nunc miseros sollicitarier· Nam idcirco accersor nuptias quod mi apparari sensit· ca Quibus quidem quam facile potuerat quiesci si hic quiesset· da Age si hic non insanit/ satis sua sponte instiga· my Atque edepol ea res est/ propterea que nunc misera in merore est· pa Misis per omnes tibi adiuro deos. numquam eam me deserturum· non si capiendos mi sciam esse inimicos omnes homines· hanc expetivi/ mi contigit/ conveniunt mores/ adimet nemo· ca Resipisco· pa· Non apollinis magis verum atque hoc responsum est· si poterit fieri ut ne

Valeant qui inter nos dissidium volunt· hanc nisi mors

Siccine
Sollicitarier
Vel sollicitari
Edepol
Instigat
Adiuro
In merore
Dissid(ium)

q. d. si possim aliquid remedium facere / quod destruebentur nuptie et apparatus quod per me non stetit, hunc quem sim ... ego omnino non accipiam.

patres per me stetisse credat quam videor. quo
minus hec fierent nuptie nolo. sed id si
non potero id faciam in proclivi quod est, per — proclive
me stetisse ut credat. confessus videor. ca.
Miser eque atque ego. da. consilium quero. ca.
fortis es. pa. scio quid conare. da. ego hoc
tibi profecto effectum reddam. pa. iam hoc
opus est. da. Quin iam habeo. ca. Quid est.
da. huic non tibi habeo / ne erres. ca. sat
habeo. pa. Quid facies cedo. da. dies hic mi — Cedo
ut ne satis sit vereor / ad agendum ne v — Sat.
acuum esse nunc me ad narrandum cre — Satis
das. proinde hinc vos amolimini. Nam — Vereor.
mi impedimento estis. pa. ego hanc vi — Amolimini
sam. da. Quid tu. quo tu hinc te agis. — Visam
ca. Verum vis dicam. da. Immo etiam narra — Dieculam
tionis incipit mi initium. ca. Quid de me
fiet. da. Eho impudens non satis habes — Impudens
quod tibi dieculam addo. quantum huic pro
moveo nuptias. ca. At tamen. da. Quid
ergo. ca. Ut ducam. da. Ridiculum. ca. — Ridiculum
huc face ad me ut venias / si quid poteris.
da. Quid veniam. nichil habeo. ca. At
tamen si quid erit. da. Age ego veniam. ca. — Set
si quid domi ero. da. Tu mysis dum ex
eo parumper operire me hic. my. Quapropter — Operire
da. Ita facto opus est. my. Matura. da.

Clam inquam hinc abeo

Misis. Davus

Nihil ne esse proprium cuiquam dii vestram
fidem summum bonum esse here pu
tavi hunc pamphilum amicum amato
rem virum in quovis loco paratum
verum ex eo nunc misera quem capit
dolorem. Facile hic plus mali est quam
illic boni. Sed davus exit. Mi homo
quid istuc obsecro est quo portas pue
rum. Da. Misis nunc opus est tua mi ad
hanc rem exprima malitia atque astu
tia. Mi. Quidnam incepturus. Da. Accipe
a me hunc ocius atque ante nostram ianuam
appone. Mi. obsecro humine. Da. Ex ara
hinc sume verbenas tibi atque eas substerne.
Mi. Quamobrem id tute non facis.
Da. Quia si forte opus sit ad herum iu
iurando michi non apposuisse ut li
quido possim iurare. Mi. Intelligo no
va nunc religio in te istec incessit ce
do. Da. Move ocius te ut quid agam
porro intelligas. pro iupiter. Mi. Misis
quid est. Da. Sponse pater intervenit.
Repudio consilium quod primum intenderam.
Mi. Nescio quid narres. Da. Ego quoque
hinc ab dextera venire me assimulabo tamen. ut subservias orationi
utcumque opus sit verbis vide. Mi. Ego.

Verbenas

Ara

Substernere

quid agas michil intellego: sz si quid est
qd mea opera opus sit uobis, aut tu
plus uides, manebo ne qd uestrum rem
orer commodum.

Cremes. Simo. Misis. Dauus.

Reuertor postquam que opus fuere ad nu
ptias, comparaui, ut iubeam — qd sit agendum
accersi. sz quid hoc? puer hercle e. mu
lier posuisti hunc? Mi. Vbi illic est? Ch.
non michi respondes? Mi. hem nusquam e.
ut miseram homo reliquit me, atque abiit. Da.
di uestram fidem. quid turbe est apud
forum. qd illic hominum litigant.
tum annona cara est. Quid dicam ali
ud nescio. Mi. Cur tu obsecro hic me
solam. Da. hem que hec est fabula?
eho misis puer hic unde est, quis ue
huc attulit. Mi. Satin sanus es. q me
id rogites. Da. Quem ego igitur rogem?
qui hic neminem alium uideam. Ch. Miror — dolentis.
unde sit. Da. dictura es qd rogo. Mi. Au.
Da. Concede ad dexteram. Mi. deliras. non
tute ipse. Da. Verbum si michi unum preter
qd quam te rogo faxis caue. Mi. Maledicis?
Da. Vnde e? unde? dic clare. Mi. A nobis.
Da. ha ha he. mirum uero impudenter m
ulier si facit meretrix. Ch. Ab andria
est ancilla hec quantum intellego. Da.

da Adeon uidemus nobis ee idonei i
quibus sic illudatis. Cr. Veni i tpe
da propera adeo puerū tollere. hinc
ab ianua. mane caue quoq̄ / existo
ex isteuc loco. Mi. dii te eradicent
ita me miseram territas. da Tibi ego
dico annon Mi Quiduis. da At eti
rogas. cuiū hunc puerū apposuisti. dic
m. Mi. Tu nescis da Mitte q̄d scio
dic q̄d interrogo Mi. Vri uestri. da
cuius nri. Mi. pamphili. da hem.
pamphili. Mi. Eho anno est. Cr. Recte
semp̄ ego fugi has nuptias. da O faci
nus aīa aduertendū. Mi Quid cla
mitas. da Quem ne ego uidi heri
aduos afferri uesperi. Mi. hominem
audacem. da. Verum uidi cantaram
suffarcinatam. Mi. dis pol h̄eo gratia.
q̄ in pariendo aliquos affuerunt
libere. da. Ne illa illū. haud nouit
cuius cā hoc incipit. cremes si puerū
positū ante edes uiderit suam gnatam
non dabit. tanto h̄cle magis dabit.
Cr. Non hercle faciet. da Nunc adeo ut
tu sis sciens / nisi puerū tollis. iam ego
hunc in mediam uiam prouoluam. te
q̄ ibidem prouoluam in luto. Mi. tu
pol homo non es sobrius. da Fallacia.

alia aliam trudit. iam susurrari audio
ciuem atticam esse hanc. Cre. hem. Da.
coactus legibus eam uxorem ducet. Mi.
Eho obsecro an ciuis est. Cre. Iocula
rium in malum insciens pene incidi.
Da. O quis hic loquitur. o creme per tempus
aduenis ausculta. Cre. audiui omnia.
Da. hanc tu omnia. Cre. audiui inquam
a principio. Da. audistin obsecro. hem
scelera. hanc iam oportet hinc in cru
ciatum abripi. hic est ille. non te credas da
uum ludere. Mi. Me miseram. nil
pol falsi dixi mi senex. Cre. Noui
omnem rem. Sed est Simo intus. Da. Est.
Mi. Ne me attigas scelestе. si pol Glice
rio hec omnia. Da. Eho inepta nescis
quid sit actum. Mi. Qui sciam. Da.
hic socer est. alio pacto haud poterat
fieri ut sciret hec que uolumus. Mi.
prediceres. Da. paululum interesse censes.
ex animo omnia ut fert natura. an facias
an de industria

Crito. Misis. Dauus.

IN hac habitasse platea dictum est Cri
sidem. que sese inhoneste optauit
parare hic diuitias potius quam in patria

hic incipit ...

pp mortē

p contor

honeste pauperem uiuere. Eius morte ea ad
me lege redierunt bona. Sed quos percon-
ter uideo. saluete. Mi. Obsecro quē uideo
est ne hic Crito sobrinus crisidis. Is est
est. Cri. O Misis salue. Mi. Saluus sis
Crito. Cri. Itan crisis hem. Mi. Nos quidem
pol miseras perdidit. Cri. Quid uos
quo pacto hic. satin recte. Mi. Nos-
ne. ut sicut quimus aiunt, quando
ut uolumus non licet. Cri. Quid glicerium
iam hic suos parentes
repperit. Mi. Utinam.
Cri. An nondum etiam, haud auspitato
huc me appuli. Nam pol si id scissem
numquam detulissem huc pedem. Semper e-
nim dicta est esse hec atque habita est soror
que illius fuere possidet. Nunc me
hospitem lites sequi. quam id michi sit
facile atque utile aliorum exempla co-
monent. Simul arbitror iam esse ali-
quem amicum et defensorem ei.
Nam fere grandiuscula iam profecta
est illinc. clamitent me sicofantam
hereditatem persequi mendicum. tum ipsam
despoliare non libet. Mi. Optime hospes
pol Crito morem antiquum obtines. Cri. Duc
me ad eam, quando huc ueni ut uideam. Mi.
Maxime. Da. Sequar hos nolo me in tem-
pore hoc uideat senex.

Chremes. Simo.

Ch. Satis iam satis erga te expectata amic-
icia e mea / Satis pericli incepi adire / or-
andi iam finem fac. dum studeo obsequi pe-
ne illusi vitam filie. Si. Immo enim nunc cum m-
axime abs te / oro atque postulo creme. ut
beneficium verbis initum dudum / nunc re co-
probes. Cr. Vides quam iniquus sis / pre studio /
dum id efficias / quod cupis. neque modum beni-
gnitatis / neque quid ores / cogitas. nam si cogi-
tes remittas iam me onerare iniuriis.
Si. Quibus. Cr. At rogas. perpulisti me
ut homini adolescentulo / in alio occupa-
to amore / abhorrenti a re uxoria / filiam
ut darem in seditionem / atque incertas nupti-
as eius labore / atque dolore gnato ut medi-
carer tuo impetrasti. incepi dum res
tetulit. nunc non fert feras. Illam hinc
civem esse aiunt. puer est natus. nos mi-
ssos face. Si. Per ego te deos oro / ut ne il-
lis animum inducas credere / quibus id ma-
xime utile est illum esse quam deterrimum.
nuptiarum gratia hec sunt ficta / atque incepta
omnia. Ubi ea causa quamobrem hoc faci-
unt erit adempta / his desinent. Cr. Er-
ras. cum Davo egomet vidi iurgantem
ancillam. Si. hem. Cr. At vero vultu cum
ibi me adesse neuter tum presenserat.
Si. Credo quia id facturas. Davus dudum
predixit mihi / Sed nescio quid sum oblitus
tibi hodie. ac volui dicere.

Uerso qz nō expedit aliud facere pr dare se ocio.

Dauus. dromo. Simo. chremes

DA. Animo nunc iam eē ociso impero. CR. Ehem
dauum tibi. SI. Unde egreditur. DA. Meo
presidio atque hospitis. SI. Quid illud mali est.
DA. Ego comodiorem hominem aduentum tempus
nō uidi. SI. Scelus quemnam hic laudat.
DA. Omnis res est iam in uado. SI. Cesso alloqui.
DA. Herus est. quid agam. SI. O salue bone uir.
DA. Hem Simo. o noster cremes omnia apparata
iam sunt intus. SI. Curasti probe. DA. Ubi
uoles accerse. SI. Bene sane. id enim uero
hinc nunc abest. Et tu hoc responde quid
istic negotii est. DA. Michin. SI. Tibi ergo. DA.
Modo introii. SI. Quasi ego quam dudum rogem.
DA. Cum tuo gnato una. SI. Anne est intus
pamphilus. crucior miser. eho nō tu di
xti eē inter eos inimicitias carnifex. DA.
Sunt. SI. Cur igitur hic est. CR. Quid illum
censes. cum illa litigat. DA. Immo uero in
dignum cremes. iam facinus faxo ex
me audias. nescio quis senex modo ue
nit. ellum. confidens catus. cum faciem
uideas. uidetur eē quantiuis
pretii. tristis seueritas inest in uultu atque in
uerbis fides. SI. Quidnam apportas.
DA. Nichil equidem nisi quod illum audiui
dicere. SI. Quid ait tandem. DA. Glice
rium se scire ciuem eē atticam. SI. Hem.
dromo. dromo. DA. Quid est. SI. Dromo
DA. Audi. SI. Uerbum si addideris. dromo.
Audi obsecro. DR. Quid uis. SI. Sublime

intro hunc rape quantum potes. Dr. quem? Si. davum. Da. quamobrem. Si. quia libet.
rape inquam. Da. quid feci. Si. rape. Da.
Si quicquam invenies me mentitum occidito. Si.
nichil audio. ego te iam commotum reddam.
Da. tamen et si hoc verum est. Si. tamen. cura
adservandum vinctum. atque audin quad
rupedem constringito. Age nunc iam ego p
ol si vivo tibi ostendam herum quid sit pe
ricli fallere, et illi patrem. Ch. Ah ne saevi
tantopere. Si. O chreme pietatem gnati.
nonne te miseret mei. tantum laborem
capere ob talem filium. Age pamphile
exi pamphile ecquid te pudet.

Pamphilus. Simo. Chremes.

Pa. Quis me volt. perii pater est. Si. Quid
ais omnium. Ch. ah rem potius ip
sam dic. ac mitte male loqui. Si. quasi
quicquam in hunc gravius dici possit. ain
tandem civis glicerium e. Pa. ita predicant.
Si. O ingentem confidentiam. non cogi
tat quid dicat. non facti pudet. Vide num
eius color pudoris usquam signum indicat.
Adeon impotenti esse animo, ut preter civium
morem atque legem et sui voluntatem patris
tamen hanc habere studeat cum summo probro.
Pa. Me miserum. Si. hem modo ne id dem
um sensisti pamphile. olim istuc olim
cum ita animum induxisti tuum, quod cuperes
aliquo pacto efficiundum tibi. eodem die

fortiter ut ligantur animalia.

saevias

lex prohibebat non capere ex aliena civitate uxorem ... illa ... capere debebat.

istuc uerbum uere in te accidit. Sed quid Si.
ego cur me autem excrucior? cur me
macero. cur meam senectutem huius
sollicito amentia. an pro huius peccatis
ego supplicium sufferam. Immo habeat
ualeat uiuat cum illa. Pa. Mi pater. Si.
Quid mi pater? quasi tu huius indigeas pa
tris. domus uxor liberi inuenti in
uito patre. adducti qui illam ciuem
hinc dicant uiceris. Pa. pater licet
ne pauca. Si. Quid dicas michi? Cre.
tamen tandem simo audi. Si. Ego au
diam? quid ego audiam creme. Cre.
at tamen dicat sine. Si. Age dicat sino.
Pa. Ego me amare hanc fateor. si id
peccare est. fateor id quoque. tibi pater me
dedo quiduis oneris impone impe
ra. uis me uxorem ducere hanc. uis amit
tere. ut potero feram. hoc modo te
obsecro ut ne credas a me allegatum
hunc senem. sine me expurgem atque il
lum huc coram adducam. Si. Addu
cas. Pa. Sine pater. Cre. Equum postu
lat. da ueniam. Pa. Sine te exorem.
Si. Sino. permitto. quiduis cupio dum
ne ab hoc me falli comperiar creme.
Cr. Pro peccato magno paululum sup
plicii satis est patri.

Crito. Pamphilus. Simo. Cremes.

Mitte orare. una harum que causa

Remansit simo et cremes

me ut faciam moueo, ut tu quod queritur esci
ut quod ipsi cupio consiliatio. CH. Andrium
uideo critonem? certe is est. CR. Salu
us sis chremes. CH. Quid tu athenas
insolens? CR. Euenit. sed hiccine est simo?
CH. hic. SI. Men queris? eho tu glice
rium ciuem hinc esse agis? CR. Tu negas?
SI. Itane huc paratus aduenis? CR. Qua
re? SI. Rogas? tu ne impune hec fa
cias? tu ne hic homines adolescentul
os imperitos rerum, eductos libere, in
fraudem illicias? sollicitando et po
llicitando eorum animos lactas? CR.
Sanus ne es? SI. Ac meretricios amores
nuptiis conglutinas? PA. Perii. metuo
ut substet hospes. CH. Si simo hunc no
ris, satis non ita arbitrare, bonus est hic
uir. SI. Hic sit uir bonus? itane at
temperate uenit, hodie in ipsis nup
tiis, ut ueniret ante hac? numquam est uero
huic credendum chremes. PA. Ni metu
am patrem habeo pro illa re illum quod m
oneam probe. SI. Sicophanta. CR.
hem. CH. Sic crito est hic, mitte. CR.
Videat qui siet, si mihi perget que uult
dicere, ea que non uult audiet, ego istec
moueo aut curo? non tu tuum malum
equo animo feres? Nam ego que dixi uera a

an alia audierit. iam ferri pot. Atti
cus quidam olim navi fracta ad
Andrum eiectus ē / ꝗ̄ esset una parva
virgo / tum ille egens forte primum
applicat ad crisidis patrem se. Si.
fabulam inceptat. Cri. Sine Cri. ita
vero obturbat. Cri. perge. Cri.
tum is m̄ cognatus fuit. q eum re
cepit / ibi ego audivi ex illo sese esse
ēē atthicum. is ibi mortuus ē. Cri
eius nom. Cri. Nom tam cito pha
nia. Cri. hem perii. Cri. Verum hercle
opinor fuisse faniam. hoc certe scio.
Ramnusium se aiebat ēē. Cri. O iupiter.
Cri. Eadem hec creme multi alii i
andro tum audivere. Cri. Ut id sit
q̄d spero. eho dic m̄ q̄d eam tu. suā
nec ēē aiebat. Cri. Non. Cri. Cuiam
igitur. Cri. fratris filiam. Cri. Certe
mea est. Cri. Quid ais. Si. Quid ais.
Pa. Arrige aures pamphyle. Si. Quid
credis. Cri. phania ille frat̄ meus
fuit. Si. Noram et scio. Cri. Is hinc be
llum fugiens. meque in asiam persequens
proficiscitur. Tum illam relinquere
hic ē veritus. post illa nunc primum
audio. quid illo sit factum. Pa. Vix
sum apud me ita animus commotus est

C mor
J

Scrupulus

dum admirantur animus

metu spe gaudio mirando tanto hoc tam
repentino bono. SI. Sane istam multis mo
dis tuam inveniri gaudeo. PA. Credo pater.
CH. At mi unus scrupulus etiam restat qui

cum tota tua honestate meretur odium

me male habet. PA. Dignus es cum tua re
Religio — ligione odio nodum in scirpo queris. CR. Scirpo est iuncus amplius marinus.
Quid istuc est? CH. Nomen non convenit.
CR. Fuit hercle huic aliud parve. CH. Quod
Crito numquid meministi? CR. Id quero.
PA. Egone huius memoriam patiar mee
voluptati obstare, cum egomet possim in
hac re medicari mihi? non patiar. heus Chre
mes quod queris Pasibula est. CR. Ipsa est.
CH. Ea est. PA. Ex ipsa miliens audivi. SI. Omnes
nos gaudere hoc Chremes te credo credere.
CH. Ita me dii bene ament credo. PA. Quid
restat pater? SI. Iam dudum res reduxit
me ipsa in gratiam. PA. O lepidum patrem. de
uxore ita ut possedi nichil mutat Chremes. CH.
Causa optima est nisi quid pater ait aliud. PA.
Nempe. SI. Id scilicet. CH. Dos Pamphile
decem talenta. PA. Accipio. CH. Propero
ad filiam. eho mecum Crito, nam illam me
credo haud nosse. SI. Cur non illam huc
transferri iubes? PA. Recte admones. Davo
Davum ego — istuc dedam iam negocii. SI. Non potest. PA.
Qui non potest? SI. Quia aliud magis ex se
habet et maius. PA. Quidnam? SI. Vinctus est.
PA. Pater non recte vinctus est. SI. Haud
ita iussi. PA. Iube solvi obsecro. SI. Age

philomena dic a philos quod est amor et mene quod est defectus.

Q
I

fiat. PA. Armatura. SI. continuo. PA. O faustum
et felicem hunc diem. L. Carinus. paphilus. dauus.

pamphilus dicitur a pan quod est totum et philos quod est amor. qui totum amasset hoc per unam scenam debet totum sequi.

CA. PA. Prouideo quid agat pamphilus. atque eccum.
Aliquis forsitan me putet non putare hoc uerum. at mihi nunc sic esse hoc uerum lubet. ego
deorum uitam propterea sempiternam esse arbitror
quod uoluptates eorum proprie sunt. Nam mihi
inmortalitas parta est, si nulla egritudo huic
gaudio intercesserit. Sed quem ego potissimum
exoptem nunc. cui hec narrem dari.
CA. Eia quid illud gaudii est. PA. dauum uideo.
nemo est quem malim omnium. Nam hunc
scio mea solide solum gauisurum gaudia.

DA. Pamphilus ubinam hic est. PA. daue.
DA. quis homo est. PA. Ego sum. DA. O pam
phile. PA. Nescis quid mihi obtigerit. DA. Certe
sed quid michi obtigerit scio. PA. Et quidem
DA. more hominum euenit, ut quod sim na
ctus mali prius resciceres tu quam ego illud
quod tibi euenit boni. PA. Mea glicerium
suos parentes repperit. DA. O factum bene.
CA. hem. PA. Amicus summus nobis. DA. Quis.
PA. Cremes. DA. Narras probe. PA. Nec mora
ulla est quin eam uxorem ducam. CA. Num
ille somniat ea que uigilans uoluit. PA. Tum
de puero daue. DA. hahae. solus desine solus
est quem diligant dii. CA. Saluus sum si hec
uera sunt. adibo et colloquar. PA. Quis homo
est. O carine, in tempore ipso mi aduenis. CA. Bene
factum. PA. hem audistin. CA. Omnia. age me
in tuis secundis rebus respice. tuus est

b

carnes. faciunt quae voles. scio cetera omnia. Pa. Nam hic adeo longum est nos illum expectare dum exeat. sequere hac me intus apud Glycerium nunc est. tu Dave abi in domum propere accerse hinc qui auferant eam. Quid stas? quid cessas? Da. Eo. ω Ne expectetis dum exeant huc intus despondebitur. intus transigetur si quid est quod restat. Et valete et plaudite. ego Calliopius recensui.

Argumentum

Meretrix adolescentem cui mutuo amore tenebatur, exclusit, eum revocato exclusionis causam reddit. Eius frater minor natu in virginem quam miles Traso meretrici dono miserat amare cepit. deductusque in domum meretricis per eunucho vitiat. Re itaque cognita tum illusam se meretrix doleret. Ab eodem adolescente placatur. Interveniente patre. Eius cognita civem atheniense duxit uxorem. Miles quoque in parte meretricis amoris receptus illudit.

Prologus

Si quisquam est qui placere se studeat bonis quam plurimis et minime multos ledere. in his poeta hic nomen profitetur suum. Tum si quis est qui dictum in se inclementius existimavit esse. sic existimet responsum. Non dictum esse quia lesit prior. qui bene vertendo et easdem scribendo male ex Grecis bonis Latinas fecit non bonas.

Item menandri fasmaz. Hunc nuper dedit, atque
in thesauro scripsit causam dicere prius unde
petitur aurum quare sit suum. quam illic qui
petit. unde is sit thesaurus sibi. aut unde in pa-
trium monumentum pervenit.
dehinc ne frustretur ipse se. aut sic cogitet. de-
functus iam sum. nichil est quod dicat michi.
is ne erret moneo et desinat lacessere. Ha-
beo alia multa que nunc condonabitur.
que proferentur post. si perget ledere ita ut
facere instituit. Quam nunc acturi sumus
menandri eunuchum. postquam ediles emerunt.
perfecit sibi ut inspiciundi esset copia magi-
stratus. cum ibi adesset. occepta est agi.
Exclamat furem non poetam fabulam dedis-
se. et nichil dedisse verborum tamen. colacem
esse nevii. et plauti veterem fabulam
parasiti personam inde ablatam et militis.
Si id est peccatum, peccatum imprudentia
poete. non quo furtum facere studuerit.
id ita esse vos iam iudicare poteritis.

Magistrat

Colax menandri in ea est parasitus
colax et miles gloriosus. eas se non
negat personas transtulisse in eunuchum
suam ex greca, sed eas fabulas factas
prius latinas scisse se, id vero pernegat.
quod si personis isdem uti aliis non licet.
qui magis licet currentes servos scri-
bere. bonas matronas facere meretri-

ces malas. parasitum edacem gloriosum militem puerum supponi. falli per servum senem. amare odisse suspicari. denique nullum est iam dictum. quod non sit dictum prius. Quare equum est vos cognoscere atque ignoscere. que veteres factitarunt. si faciunt novi. Date operam. cum silentio animum advertite. ut pernoscatis quid sibi eunuchus velit.

Phedria. Parmeno.

ph. Quid igitur faciam. non eam ne nunc quidem cum accersor ultro. an potius ita me comparem. non perpeti meretricum contumelias. exclusit revocat redeam. non si me obsecret. Par. Siquidem hercle possis. nichil prius neque fortius. Verum si incipies neque perficies naviter. Atque ubi pati non poteris amoris impetum. cum nemo expetet. infecta pace ultro ad eam venies. indicans te amare et ferre non posse. actum est. ilicet peristi. eludet. ubi te victum senserit. Phe. proinde tu dum est tempus etiam atque etiam cogita. Par. here que res in se neque consilium neque modum habet ullum. eam consilio regere non potes. In amore omnia hec insunt vitia. iniurie. suspiciones. inimicitie. indutie. bellum pax rursum. Incerta hec si tu postules. ratione certa facere. nichilo plus agas. quam si des operam. ut cum ratione insanias. Et quod nunc tu tecum iratus cogitas. egone

illam. que illum. que me. que non. Sine
mori me malim: sentiet qui uir siet. hec
uerba una mehercle falsa lacrimula. quam
oculos terendo misere uix ui expresserit. restin-
guet. et te ultro accusabit. et dabis ei ultro
supplicium. Phe. O indignum facinus. nunc
ego et illam scelestam esse et me miserum sentio.
et tedet et amore ardeo. et prudens sciens
uiuus uidensque pereo. et nec quid agam
scio. Pa. Quid agas. nisi ut te redimas ca-
ptum. quam queas minimo. si nequeas pau-
lulo. aut quanti queas. et ne te afflictes.
Phe. Itane suades. Pa. Si sapis. neque preter
quam quas ipse amor molestias habet addas.
et illas quas habet recte feras. sed ecca ipsa egre-
ditur nostri fundi calamitas. nam quod nos ca-
pere oportet hec intercipit. Thais. phedria. parmeno.

Miseram me uereor ne illud grauius
phedria tulerit. neue aliorsum atque ego
feci acceperit. quod heri intromissus non est.
Phe. Totus parmeno tremo horreoque. post-
quam aspexi hanc. Pa. Bono animo es. acce-
de ad ignem hunc. iam calesces plus sa-
tis. Tha. Quis hic loquitur. hem tun hic
eras mi phedria. quid hic stabas. cur non
recta introibas. Pa. Ceterum de exclusione
uerbum nullum. Tha. Quid taces. Phe. Sane
quia uero hec mihi semper patent fores. aut quia sum
apud te primus. Tha. Missa istec face. Phe.

Cur non recta ... hec thais ut ostenderet
non esse exclusionis conscia hoc
... bonis
... interpellat

aut ego ... pendere huiusmodi exclusionem non est tanto dolore afficere ... faciamus

ut utinam ego amore te ita ut te amo

Quid? Missa. O thais thais, utinam michi esset
pars equa amoris tecum, ac pariter fieret,
ut aut hoc tibi doleret itidem ut michi dolet,
aut ego istuc abs te factum nichili penderem.
Ph. Ne crucia te obsecro, anime mi fedria.
Non pol quo quemquam plus amem aut diligam
eo feci, sed ita erat res, faciundum fuit. Par.
Credo ut fit misera pre amore
exclusisti foras. Tha. Sicine agis parmeno?
Age. Sed huc qua gratia te accersi iussi ausculta.
Ph. Fiat. Tha. Dic michi hoc primum,
potin est hic tacere? Pa. Egone optime.
Verum heus tu, hac lege tibi meam astringo
fidem: que vera audivi taceo et contineo
optime; sin falsum aut vanum aut
fictum est, continuo palam est. plenus rimarum
sum, hac atque illac perfluo. proin tu taceri
si vis vera dicito. Tha. Samia michi mater
fuit, ea habitabat rhodi. Par. Potest taceri hoc.
Th. Ibi tum matri parvulam puellam
dono quidam mercator dedit, ex athica
hinc abreptam. Phe. Civemne? Tha. Ar-
bitror, certum non scimus. nomen matris
et patris dicebat ipsa, patriam et signa ce-
tera neque sciebat, neque per etatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, e predonibus, unde
emerat, audivisse abreptam e sunio. Mater
ubi accepit, cepit studiose omnia docere
educare ita, uti si esset filia. Sororem
credebant esse meam. Ego cum illo quocum tum uni

paritur obtineam tu hac exclusione dolere itaut ego

in facere

ironice

audi obsequium

videre spectum

est filia

tum uno rem habebam hospite / abiit huc qui
mi reliquit hec que habeo omnia / PA Vtrumque
hoc falsum est effluet. TH. Qui istuc PA
Rogas. quia neque tu uno eras contenta / neque
solus dedit. nam hic quoque bonam magnamque
partem attulit. TH. Ita est. sed sine me peruenire
quo uolo. interea miles qui me amare
occeperat in cariam profectus est / te interea
loci cognoui. tute scis postilla / quam intimum
habeam te / et mea consilia ut tibi credam omnia
PH Ne hoc quidem tacebit parmeno. PA
O dubium ne id est. TH. hoc agite amabo //
mater mea illic mortua est nuper. eius fra
ter aliquantum ad rem est auidior. is ubi hanc
forma uidet honesta uirginem / et fidi
bus scire pretium sperans ilico producit et
uendidit. Forte fortuna affuit hic meus a
micus emit eam / dono mi. Imprudens harum
rerum / ignarusque omnium is uenit. postquam sensit
me tecum quoque rem habere / fingit causas ne det sedulo.
ait si fidem habeat se iri prepositum tibi / apud
me / ac non id metuat. ne ubi acceperim.
sese relinquam. uelle se illam mi dare. Verum
id uereri / sed ego quantum suspicor ad
uirginem animum adiecit. PH Et ne amplius
TH Nichil. Nam quesiui nunc eam ego mi
phedria. multe sunt cause. quamobrem cupiam
abducere. primum quod soror est dicta. preterea
ut suis restituam ac reddam. sola sum habeo hic
neminem neque amicum neque cognatum. quamobrem
phedria cupio aliquos parare amicos beneficio

Vtrumque quod mihi illo solo rem habebat / et quod habeo omnia sibi relinquit ... quod dicit ... effluet ... quare illa dicit sunt falsa.

nolebat dare nisi ... (marginal notes, partly illegible)

frequenter
meos. id amabo adiuta me quo id fiat fa
cilius. sine illum priores partes hosce
aliquot dies apud me habere. nichil michi respon
dens. PHE. pessima, egon quicquam cum istis fa
ctis tibi respondeam. PAR. Heu noster laudo
laudo tandem perdoluit vir es. PHE. haud
ego nesciebam quorsum tu ires. paruula
hinc est arrepta eduxit mater pro sua. soror
est dicta cupio abducere, ut reddam suis. He
pe omnia hec uerba nunc huc redeunt. de
nique ego excludor. ille recipitur. qua gratia
nisi si illum plus amas quam me. et istam nunc
times que aduecta est. ne illum talem precipiat
tibi. THA. Ego id timeo. PHE. Quid te ergo
aliud sollicitat. cedo num solus ille dona
dat. Num ubi meam benignitatem sen
sisti in te claudier. nonne ubi michi dixti
cupere te ex ethyopia ancillam, relictis
rebus omnibus quesiui. porro eunuchum
dixti uelle te. quia sole utuntur his regine
repperi. heri minas uiginti pro ambo
bus dedi. tamen contemptus abs te hec
habui in memoria. ob hec facta abs te asper
nor. THA. Quid istuc phedria. quamquam illam
cupio abducere. atque hac re arbitror id
fieri posse maxime. uerumtamen potius
quam te inimicum habeam. faciam ut iusseris.
PHE. Utinam istuc uerbum ex animo ac uere
diceres potius quam te inimicum habeam. Si istuc

dimitte istum militem nunc apud me aliquot dies.

Gaudet parmeno de responsione phedrie

replicat phedria omnia que ipsa dixit supra.

affirmat dicens se cum ... ipsa non credebat ... quia ... postulabat ab eo recipietur.

credere(m) si vere dici quid dicis? possim ...
peti. Pa. Labascit victus uno verbo quam cito.
Tha. Egon ex animo misera dico? quam ex ioco rem
voluisti a me tandem quin perfeceris? ego
impetrare nequeo hoc abs te, biduum saltem
ut concedas solum. Ph. Siquidem biduum;
verum ne fiant isti viginti dies. Tha. Profecto
non plus biduum aut. Ph. aut nil moror.
Tha. Non fiet; hoc modo sine te exorem.
Ph. Scilicet faciundum est quod vis. Tha. Merito
te amo. Ph. Bene facis. Rus ibo; ibi hoc
me macerabo biduum. Ita facere certum
est; mos gerendus est Thaydi. Tu Parmeno
huc fac illi adducantur. Pa. Maxime.
Ph. In hoc biduum Thais vale. Tha. Mi Phe-
dria et tu. Numquid vis aliud? Ph. Egone
quid velim? Cum milite isto presens
absens ut sies; dies noctesque me ames,
me desideres, me somnies, me expectes,
de me cogites, me speres, me te oblec-
tes, mecum tota sis; meus fac sis postre-
mo animus quando sum tuus ego. Tha. Me
miseram, forsitan hic mihi parvam habeat fi-
dem atque ex aliarum ingeniis nunc me
iudicet. Ego pol que mihi sum conscia, hoc certo
scio, neque me finxisse falsi quicquam neque
meo cordi esse quemquam cariorem hoc Phedria.
Et quicquid huius feci causa virginis feci. Nam
eius spero fratrem propemodum iam repperisse
adolescentem adeo nobilem. Et is hodie venturum

iturum ad me constituit domum; concedam
hic intro atque expectabo dum venit.

Phedria. Parmeno.

Fac ita ut iussi deducantur isti. PA. faciam.
PH. at diligenter. PA. fiet. PH. at mature.
PA. fiet. PH. Satin hoc mandatum est tibi. PA.
hac rogitare, quasi difficile sit. Utinam tam aliquid
invenire facile possis Phedria, quam hoc pe-
ribit. PH. Ego quoque una pereo, quod mihi est carius.
Ne istud tam iniquo patiare animo. PA.
Minime, qui effectum dabo. Sed numquid
aliud imperas. PH. Munus nostrum or-
nato verbis, quoad poteris, et istum emu-
lum quoad poteris ab ea pellito. PA. Hac
memini, tametsi nullus moneas. PH. Ego
rus ibo atque ibi manebo. PA. Censeo. PH.
Sed heus tu. PA. Quid vis. PH. Censen posse
me obfirmare et perpeti ne redeam interea.
PA. Tene. non hercle arbitror; nam aut
iam revertere, aut mox noctu te adi-
get horsum insomnia. PH. Opus faciam
ut defatiger usque, ingratiis ut dormiam. PA.
Vigilabis lassus; hoc plus facies. PH. Ha
nihil dicis Parmeno; eiciunda hercle hec
est mollities animi; nimis me indulgeo.
Tandem non ego illa caream si sit opus vel
totum triduum. PA. Hui universum triduum.
vide quid agas. PH. Stat sententia. PA. Di boni
quid hoc morbi est. adeon homines

dicit hoc dicit quia phedriā fuit valde continens et postea amore effectus est adeo dissolutus. et hoc dicebat secum cum ibat cum menedra.

immut[illegible] ex animo te ut nō cognoscas eū q an ceat
dez ēē / hoc nemo fuit minus ineptus / ma
gis severus quisquam / nec magis continens.
Sed quis hic est qui huc pergit. at at
hic quidem ē parasitus / gnato militis.
ducit secum unam virginem dono huic. ad donand
pape facie honesta. mirum ni ego me
turpiter hodie hic dabo / cum meo de
crepito hoc eunucho. hec superat ipsam th hec si ille q̄ ducit gnato.
aydem. Gnato parasitus Parmeno

Dii immortales homini homini quid prestat. stulto intelligens quid interest. hoc adeo ex hac re venit in mentem mi / conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque ordinis hominem / haud impurum / itidem patria qui abligurrierat bona. Video sentum squallidum / egrum pannis annisque obsitum. Quid istuc inquam ornati est. quoniam miser quod habui perdidi. hem quo redactus sum. omnes me noti atque amici deserunt. hic ego illum pre me contempsi. Quid agis homo inquam / ignavissime. Itan parasti te / ut spes nulla reliqua in te siet tibi. Simul consilium cum re amisisti. Viden me ex eodem ortum loco. qui color / nitor / vestitus / que habitudo est corporis. omnia habeo neque quicquam habeo. nichil cum est / nichil

Videns gnatonem [illegible] pessimum et iniquus q ducebat puellam [illegible] Thaidi.

Ducebat [illegible] et [illegible] cum [illegible] et [illegible] nobilium.

ij act.

Dum gnato iret ad thaidem invenit quendam pauperem qui olim dives fuit et omnia bona sua dissipaverat ... et notabiles isti ... non ē dialogus.

desit tamen. At ego infelix neque ridiculus esse
neque plagas pati possum. quid tu his re
bus credis fieri? tota erras via. olim
isti fuit generi quondam questus apud se
culum prius. hoc novum est aucupium.
ego adeo hanc primus inveni viam. est
genus hominum qui esse primos omnium rerum
se volunt nec sunt. hos consector. hisce ego
non paro me ut rideant. Sed his ultro
arrideo et eorum ingenia admiror simul.
quicquid dicunt laudo. id rursus si ne
gant laudo id quoque. negat quis nego. ait
aio. postremo imperavi egomet mihi
omnia assentari. his questus nunc est multo
uberrimus. PAR. Scitum hercle hominem
qui homines prorsus ex stultis insanos
facit. GN. dum hec loquimur interea
loci ad macellum ubi advenimus concur
runt. leti mi obviam cuppedenarii omnes
cetarii lanii coqui fartores. piscatores au
cupes. quibus et re salva et perdita
profueram et prosum sepe. salutant et ad ce
nam vocant adventum gratulantur. ille
ubi miser famelicus videt me esse tanto
honore et tam facile victum querere ibi
homo cepit me obsecrare ut sibi liceret
discere id de me. sectari iussi si potis est
tamquam philosophorum habent discipline ex ipsis vocabula.

parasiti itidem ut gnatonici nominentur. PA. Viden otium et cibus quid facit alienus. GN. Sed ego cesso ad thaidem hanc deducere et rogare ad cenam ut veniat. Sed parmenonem ante hostium thaydis tristem video rivalis servum. Salva res est. nimirum homines frigent. Nebulonem hunc certum est ludere. PA. Hisce hoc munere arbitrantur suam thaydem esse. GN. Plurima salute parmenonem summum suum impertit gnato. quid agitur? PA. Statur. GN. Video. numquid nam hoc quod nolis vides. PA. Te. GN. Credo at numquid aliud. PA. Quid dum. GN. Quia tristis es. PA. Nichil equidem. GN. Ne sis. sed quid videtur tibi hoc mancipium. PA. Non malum hercle. GN. Uro hominem. PA. Ut falsus animo est. GN. Quam hoc munus gratum thaidi arbitrare esse. PA. Hoc nunc dicis eiectos hinc nos omnium rerum heus vicissitudo est. GN. Sex ego te totos parmeno menses hoc quietum reddam ne sursum deorsum cursites neve usque ad lucem vigiles. ecquid beo te. PA. Men papae. GN. Sic soleo amicos. PA. Laudo. GN. De

Volebat quod si nollet ... ase ... totius gnatonici ... volebat ... ut facerent ...

Salva res est quia non ... bene.

Nebulo ... ut ... dicit ... hostium ... cum dono ... Tristem ... quod ... gnato ...

Te. s. video quem nollem videre ... non aliud ... quod nollem ...

Tu vides nos ... eiectos ... vicissitudo ...

... ad domum thaydis.

quia amplius nollem videre dominum tuum ... quietum. Men. s. reddes me quietum ... bene.

par

detineo te fortasse / tu profectus alio fue
ras. Par. Nusquam. Gn. Tum tu igitur paululum
da mihi operae fac / ut admittar ad illam. Par. Age
modo. nunc tibi patent fores hae. quia istum
ducis. Gn. Numquem evocari / hinc vis
foras. Par. Sine biduum hoc praetereat /
qui mihi uno digitulo fores aperis for
tunatus. ne tu istas faxo calcibus saepe
insultabis frustra. Gn. Etiam nunc hic
stas parmeno / eho num hic relictus cu
stos. nequis forte internuntius. clam a mi
lite ad istam cursitet. Par. Facete dictum
mira vero militi quae placeant. Sed video
herilem filium minorem / huc advenire.
miror quid ex piraeo abierit. Nam ibi
custos publice est / non temere / et pro
perans venit. nescio quid circumspectat.

Cher. Occidi / neque virgo est usquam / neque ego qui
illam e conspectu / amisi meo. ubi quaeram
ubi investigem / quem perconter. aut
quam insistam viam. Incertus sum
una haec spes est. ubi ubi est. diu celari
non potest. O faciem pulcram. deleo omnes
ex hinc ex animo mulieres. taedet coti
dianarum harum formarum. Par. Ecce au
tem alterum / nescio quid de amore loquitur.
O infortunatum senem. hic vero est qui si occe[perit]

Glosses (right margin): tercor ubi es. / pre stabat ad hostium / quia forte tu potes intrare grato [illegible] / nunquam nuquid / post biduum [illegible] predicta [illegible] fores aperis [illegible] calcabis non aperies. / Etiam erat forte [illegible] hostium. / hoc dicit [illegible] / Sed nunc [illegible] sequentem / habebat [illegible] officium [illegible] / Cherea [illegible] puellam ductam ad thaydem [illegible] puellam [illegible] / taedet erat [illegible] tantum videro puellas [illegible] tantum.

Glosses (left margin): tu non [illegible] / [illegible] / Cher. / spes [illegible] non potest.

Senem hoc aut per se aut pro patre aut pro illo sene quem invenerat cher.

perii amare ludum iocumque dicet fuisse.
alterum illum [...] preterit huic zabies quod dabit.
Che. Ut illum dii deeque omnes senium perdant,
qui me hodie remoratus est. meque
adeo qui restiterim / tum autem qui non
illum flocci fecerim. sed eccum parme
nonem. salve. Par. Quid tu es tristis.
quidve es alacris. Unde is. Che. Ego
nescio hercle. neque unde eam / neque quor
sum eam ita. prorsus oblitus sum mei.
Par. Qui quaeso. Che. Amo. Par. hem. Che.
Nunc parmeno te ostendes qui vir sies.
Scis te michi pollicitum esse o cherea / aliquid
inveni modo quod ames / in ea re utilitatem
ego faciam ut cognoscas meam. cum in
cellulam ad te patris penum / omnem con
gerebam clanculum. Par. Age inepte.
Che. hoc hercle factum est. fac sis nunc
promissa appareant. Par. Si adeo di
gna res est. ubi tu non nervos intendis tuos.
Che. haud similis virgo est virginum
nostrarum / quas matres student demissis
humeris esse / vincto pectore ut graci
les sient. si qua est habitior paulo. pu
gilem esse aiunt. deducunt cibum / tamen
etsi est bona natura / reddunt curatura
iunceas. itaque ergo amantur. Par. Quid

rememoratus. hoc dicit quia forte cerea elo [...] quo non indcrat [...] restiterim [...] ego non [...]

sepe

[...] dabam tibi bona patris [...] dicebas te aliquid [...] ego [...] facias [...] mea [...]

haud [...] puelle ad [...]

tua istec. Che. Noua figura oris. Par. pape.
Che. Color uerus. corpus solidum et su
ci plenum. Par. Anni. Che. Anni sedecim. Par.
Flos est ipse. Che. hanc tu michi uel ui uel
clam, uel precario fac tradas mea nichil
refert dum patiar modo. Pa. Quid uirgo
cuia est. Che. Nescio hercle. Par. Vnde est.
Che. Tantundem. Par. Vbi habitat. Che. Ne id
quidem. Par. Vbi uidisti. Che. In uia. Par.
Qua ratione amisisti. Che. Id equidem
aduenienis mecum stomachabar modo.
Neque quemquam esse ego hominem arbitror. cui
magis bone felicitates omnes aduerse sient.
Par. Quid est hoc sceleris. Che. Perii. Par.
Quid factum est. Che. Rogas. patris cognatum
atque equalem archidemidem nostin. Par.
Quidni. Che. Is dum hanc sequor. fit
mi obuiam. Par. Incommode hercle. Che.
Immo enim uero infeliciter. nam incommoda
alia sunt dicenda parmeno. Illum liquet
mi deierare, his mensibus sex uel septem pro
rsum, non uidisse proximis. nisi nunc cum
minime uellem. minimeque opus fuit,
Eho nonne hoc simile monstri est. Quid ais.
Par. Maxime. Che. Continuo accurrit
ad me. quam longe quidem incuruus trem
ulus, labiis demissis gemens, heus, heus
tibi dico cherea inquit. restiti. scin quod

i. me oportet esse in iudicio.

ego te uolebam. dic. cras ē m̄ iudicium

i. q(uo)d ultra. Quid tum. ut diligenter nupties patri

aduocatus mane sim eē ut meminerit.

illa
dum hoc dicit abiit hora. Rogo numquid ue

aliud dicere. lit recte inquit. Abeo. cum huc respicio

gn.
ad uirginem. illa sese interea commodum

aduerterat
huc aduerterat in hanc nostram plateam.

thay.
f(rater) eam
Par Mirum ni hanc dicit modo huic que

data ē dono. Che Cum huc aduenio n

ulla erat. Par. Comites scilicet secuti sunt

erat gnato.
uirginem. Che Verum parasitus cum — i. desperata res est.

ancilla. Pa. ipsa est. ilicet. desine iam cla

matum est. Che Alias res agis. Pa istuc — al. i. cu mortuus.

ago
equidem ago. Che Nostin que sit. dic m

aut uidisti. Pa Vidi noui scio quo

adducta sit. Che Eho parmeno mi no

stin. Par Noui. Che Et scis ubi siet. Pa

huc deducta est ad meretricem thaidem

in dono data est. Che Quis is est tam potens ē

cum tanto munere hoc. Pa Miles

traso phedrie riualis. Che duras fra

tris
traso erat po(tens) nemiuz s(ic) in — partes predicas. Pa Immo enim si scias

dom
q(uo)d donum huic ē dono compares tuz

magis id dicas. Che Quidnam queso

hercle. Par Eunuchum. Che Illum ob

secro ne inhonestum hominem quem

mercatus ē heri senem mulierem. Par

Istunc ipsum. Che homo quatietur certe

cum dono foras. Sed istam thaydem no

senem mulierem uocat ipsum sic eo q(uod) erat castratus.

factum nobis uicinam. Par. haud diu est.
Che. perii. nunquamne etiam me illam uidisse. puto.
adhuc codum dic mi. est ne ut fertur forma. Par.
Sane. Che. at nichil ad nostram hanc. Par. ali
a res est. Che. obsecro hercle parmeno
fac ut potiar. Par. faciam sedulo. ac da
bo operam. adiuuabo. nunquid me aliud.
Che. Quo nunc is. Par. domum. Vt man
cipia haec ita ut iussit frater de
ducam ad thaydem. Che. O fortunatum
istum eunuchum. qui quidem in hanc detur
domum. Par. Quid ita. Che. Rogitas. sum
ma forma semper conseruam domi uidebit.
colloquetur. aderit una in unis edibus
cibum nonnunquam capiet cum ea. interdum
propter dormiet. Par. Quid si nunc tu te
fortunatus fias. Che. Quare parmeno.
Responde. Par. capias tu illius uestem.
Che. Vestem. quid tum postea. Par. pro
illo te ducam. Che. Audio. Par. Te illum
esse dicam. Che. intelligo. Par. Tu illis
fruare commodis. quibus tu illum dice
bas modo. Cibum una capias. adsis
tangas. ludas. propter dormias. quando
quidem illarum. neque te quisquam nouit.
neque scit quid sies. preterea forma et etas
ipsa est. facile ut pro eunucho probes.

CH. Dixti pulchre. numquam vidi melius con
silium dari. Age eamus intro. nunc iam
orna me, abduc quantum potes. PA. Quid
agis? iocabar equidem. CH. Garris. PAR.
Perii, quid ego egi miser? quo trudis?
perculeris iam tu me. tibi equidem dico
mane. CH. Eamus. PA. Pergin? CH.
Certum est. PA. Vide ne nimium calli
dum hoc sit modo. CH. Non est profecto
sine. PA. At enim istec in me cudetur fa
ba. CH. Ah. PA. Flagitium facimus. CH.
Quid flagitium est, si in domum meretrici
am deducar, et illis crucibus que nos
nostramque adolescentiam habent despectatam
et nos semper excruciant omnibus mo
dis, nunc referam gratiam, atque eas itidem
fallam, ut ab his fallimur? an potius
hoc pati equum est fieri, ut a me ludatur
dolis? Quod qui resciverint culpent, et
illud facto merito omnes putent. PAR.
Quid istic? si certum est facere, facias; ve
rum ne post conferas culpam in me. CH.
Non faciam. PAR. Iubesne? CH. Iubeo
et cogo atque impero. PAR. Numquam effu
giam auctoritatem. sequere. CH. Di ver
tant bene. Traso. Gnato. Parmeno.

Magnas vero agere gratias Thais mihi.

Quid agis. [illegible]
[illegible]

Faba i. tormentum [illegible]
[illegible] hoc factum cudetur in me [illegible] quam cadet faba, id nolo.

in quo ego ab illa.

[illegible]

[illegible]

GN. Ingentes. THR. Ain tu? leta est. GN.
non tam ipso quidem dono · quam abs te d
atum esse. id uero serio triumphat. PAR.
huc proviso ut ubi tempus siet dedu
cam. Sed eccum militem. THR. Est istuc
datum profecto ut grata mihi sint que
facio omnia. GN. Aduerti hercle animum.
THR. Vel rex semper maximas mihi
agebat quicquid feceram. aliis non
item. GN. Labore alieno magnam par
tam gloriam uerbis sepe in se transm
ouet. qui habet salem qui in te est. THR.
habes. GN. Rex te ergo in oculis. THR.
Scilicet. GN. Gestare. THR. Verum omnem
credere exercitum et consilia. GN. Mirum.
THR. Tum sicubi eum satias hominum
aut negocii si quando odium ceperat.
requiescere ubi uolebat. quasi nosti.
GN. Scio quasi ubi illam expueret miseriam
ex animo. THR. Tenes. tum me conuiuam
solum abducebat sibi. GN. Hui. regem
elegantem narras. THR. Immo sic homo
perpaucorum hominum. GN. Immo nullo
rum arbitror si tecum uiuit. THR. In
uidere omnes mihi mordere clanculum. Ego
flocci pendere. illi inuidere misere.

ab honore se iactat ut homo fatuus.

Gestare. circumferebat

Erat magister elephantum, est quod habebat tunc, sicut nunc hodie.

Verum unus tamen impense elephantis.
quem indicis prefecerat. Is ubi mo
lestus magis est. queso inquam stra
to eon es ferox. quia habes imperium
in beluis. GN. pulchre mehercle dic
tum et sapienter pape iugularas ho
minem. quid ille. THR. Mutus illico.
GN. Quid ni esset. PAR. Di vostram fidem
hominem perditum miserumque et il
lum sacrilegum. THR. Quid illud GN
ato. quo pacto rhodium tetigerim.
in convivio. numquid tibi dixi. GN.
Numquam sed narra obsecro. plus milies
audivi. THR. Una in convivio erat
hic quem dico rhodius adolescentulus.
Forte habui scortum. cepit ad hoc alludere
et me irridere. quid agis homo imp
udens inquam. Lepus tu tu es et pul
pamentum queris. GN. ha ha. THR. Quid est.
GN. Facete lepide laute nichil supra.
Tuumne obsecro hoc dictum te erat.
vetus esse credidi. THR. Audieras. GN. Se
pe et fertur inprimis. THR. Meum est.
GN. Dolet dictum imprudenti adolescenti
et libero. PAR. At te di perdant. GN.
Quid ille queso. THR. perditus risu

Lepus est leuis et cap... istud fuit illud ... lepus tu te esse ... pulpamentum ... agere ... inuenire

omnes qui aderant, emoriri denique me
putabant omnes iam me. GN. Non iniu
ria. THR. Sed heus tu, purgon ego me
de istac Thaydi. quod eam me amare su
spicata est. GN. Nichil minus. ymo au
ge magis suspitionem. THR. Cur. GN.
Rogas? Scin si quando illa mentionem phe
drie facit. aut si laudat, te ut male u
rat. THR. Sentio. GN. Id ut ne fiat
hec res sola est remedio, ubi nominabit
Phedriam. tu Pamphilam continuo
si quando illa dicet Phedriam intromittamus
commessatum, Pamphilam cantatum
provocemus. si laudabit hec illius formam
tu huius contra. denique par pari referto
quod eam mordeat. THR. Si quidem me a
maret. tum istuc prodesset gnato. GN.
Quando illud quod tu das expectat, atque
amat. iam dudum te amat. iam du
dum illi facile fit quod doleat. metuit
semper quem ipsa nunc capit fructum
ne quando tu iratus alio conferas. THR.
Bene dixti, ac mihi istuc non in mentem ven
erat. GN. Ridiculum non enim cogitaras. ce
terum idem hoc tute melius quanto invenisses
Thraso.. Thais. Gnato. Parmeno. Traso. Pithias.

Audire vocem visa sum modo militis atque

Postquam dominus fuit expeditum per gnatone de re thaydis traso ibat ad do
mum thaydis. que in domo vel ad fenestra audiebat verba ipsius trasonis,
eorum que pertinent ex certe, respondit. quasi dicat. certe cum.

Et sic patria delicta minuta quasi presanore tollunt.

ex eo quod suscepit pardomum.

munus vel coitum.

eccum. Salue mi traso. TR. O thais
mea / meum suauium / quid agitur. ecce
quid nos amas de fidicina istac. PA.
quam uenuste. quod dedit principium
adueniens. THA. plurimum merito
tuo. GN. Eamus ergo ad cenam. quid
stas. PAR. hem alterum ex homine
hunc natum dicas. THA. Ubi uis non
moror. PAR. adibo atque assimulabo quasi
nunc exeam. ituran thais quopiam
es. TH. hem parmeno bene pol fecisti
hodie itura. PAR. quo. THA. quid. hunc
non uides. PAR. uideo et me tedet. ubi
uis dona tibi assunt a phedria. TRA.
Quid stamus. cur non imus hinc.
PAR. Queso hercle ut liceat pace quod fi
at tua / dare huic que uolumus.
conuenire et colloqui. TRA. perpulchra
credo dona / haud nostris similia.
PAR. Res indicabit / heus iubete istos
exire foras. quos iussi ocius. procede
tu huc ex ethyopia usque hec. THA. hic
sunt tres mine. GN. Vix. PAR. Ubi tu
es dore. accede huc. hem eunuchum
tibi. quam liberali facie quam etate integra.
THA. Ita me dii ament honestus est.
PAR. Quid tu ais Gnato. Numquid habes
quod contempnas. quid tu autem traso.

[gloss: quae contulit tibi bona dona] [gloss: experientiam] [gloss: in litteris]

faciunt / satis laudanti. Fac periculum in litteris.
Fac in palestra / in musicis / que liberum scire
equum est. adolescentem solertem dabo. THR.
Ego illum eunuchum / si opus siet / vel sobrius.

[margin: experiundo patiam] [gloss: qui invidet tibi]

PAR. Atque hec qui misit / non sibi soli postu
lat te vivere. et sua causa excludi / ceteros. neque

[margin: sobrius dicit quia non potest exercere actum venereum.]

[gloss: per se iactando]

pugnas narrat neque cicatrices / suas ostentat
neque tibi obstat / quod quidam facit / verum

[margin: Omnia ista dicebat in contemptum traso(nis), quia ipse pugnas dicebat... ego fui cum rege et pugnavi... respice vulnera...]

ubi molestum non erit / ubi tu voles
ubi tempus tibi erit / sat habet / si tum recipitur.
THR. Apparet servum hunc esse domin
is pauperis / miserique. GN. Nam hercle
nemo posset / sat scio / qui haberet / qui pa
raret / alium hunc perpeti. PAR. Tace tu
quem ego te esse infra infimos omnes puto homi
nes / nam qui assentari huic animum in
duxeris / e flamma petere te cibum pos
se arbitror. THR. Iamne imus. TH. Hos
prius introducam. et que voles simul im
perabo / post hac continuo exeo. TRA. Ego hinc
abeo. tu istanc operire. PAR. Non convenit

[margin: exeo. i. nemo ... mirantur domum cum donis.]

una ire / cum amica imperatorem in via. TRA.

[margin: non loquitur ... me]

[gloss: o parmeno] [gloss: es]

ergo Quid tibi multa dicam / domini tui simi
lis es. GN. ah ah he. TRA. Quid rides.
GN. Istuc quid dixti modo / et illud de rodio.
dictum in mentem venit. Sed thais exit.
TRA. Abi precurre ut sint domi parata.
GN. Fiat. THA. Diligenter phytias fac cures
si forte huc cremes / advenerit / ut ores

[margin: phytias erat pedissequa.]

[gloss: ipse]

primum / ut maneat si id non commodum

Iste cremes erat frater illius puelle quam dono dederat
traso. et ista dixerat thaydi que erat de civitate atheniensi
et predictum ... nominabat / unde aliqua indicia habebat
quod erat soror ... / et quam ipsa thays audierat ... cremete
quod soror sua ... fuit rapta.

est ut redeat. Si id non poterit ad me deduci
to. PH. Ita faciam. CH. Quidquid. aliud
ud volui dicere. Heme curate istam dili
genter virginem domi, adsitis facite.
PH. Eamus. TH. Vos me sequimini.
P. Profecto quanto magis magisque cogi
to, nimirum dabit hec Thais michi
magnum malum ita me abstute video
labefactarier iam tum cum primum
iussit me sese accersier. domum
roget quis. quid tibi cum ea. Ne noram
quidem. Ubi veni causam ut ibi manerem
repperit. ait rem divinam fecisse se. et
rem seriam velle agere mecum. Iam tum
erat suspitio dolo malo hec fieri omnia.
Ipsa accumbere mecum, mihi sese dare.
sermonem querere. Ubi friget huc e
vasit, quam pridem pater mihi et mater mortui
essent. dico iam diu. rus sunii ecquod ha
beam, et quam longe a mari. Credo ei pla
cere hoc, sperat se posse a me avellere.
postremo que inde parva periisset so
ror. et quis cum ea una, quid habuisset,
cum periit. et quis eam posset noscere.
hec cur queritet. nisi si illa forte que
olim periit parvula soror. hanc se
intendit ut est audacia. Verum ea
si vivit, annos nata est sedecim non ma
ior. Thais quam ego sum maiuscu
la. misit porro ut venirem serio. aut

O dicat quid uult aut molesta ne siet
ne herclē ueniam tertio. heus heus. Phi.
Ecquis hic est. Chr. Ego sum Chremes.
Phi. O capitulum lepidissimum. dico ego
mi insidias fieri. Phi. Thais maximo
te orabat opere ut cras redires
rus eo. Phi. Fac amabo. Chr. Non possum
inquam. Phi. At tu apud nos hic mane
dum redeat ipsa. Chr. Nichil minus.
Phi. Cur mi Chremes. Chr. Malam rem hinc
abis. Phi. Si istuc ita certum amabo ut
illuc transeas ubi est illa. Chr. Eo. Phi.
Abi Dorias cito hunc deduce ad militem.

Antipho.

Heri aliquot adolescentuli coiimus
in Pireo in hunc diem ut de simbo
lis essemus. Cheream ei rei prefecimus.
dati anuli. locus tempus constitutum est.
preteriit tempus. quo in hoc loco dictum
est. parati nichil est. homo ipse nusquam
est. neque scio quid dicam aut quid coniec
tem. nunc mi hoc negotii ceteri dedere
ut illum queram. idque adeo uisam si do
mi est. Sed quisnam hinc a Thayde
exit. is est an non est. ipsus est. quid hoc
hominis est. qui hic ornatus est. quid
id mali est. neque satis mirari neque
coniectare. nisi quicquid est procul hinc
lubet prius quid sit sciscitari.

Heri. Pireus est locus amenus ubi adulescentuli faciebant cenam
qui simul adunabant. Antipho erat socius amicissimus Cherée.
et ambo ipsi debebant cenare simul. Cherea fuit rogatus ut deberet
ordinare cenam. Et dum ipse adiret ad hoc uidit transire psaltriam
que debebat duci dono Thaydi. Antipho miratur quia illum non uidebat.

heus heus pulsando hostium

O capi. blandi-
tia est ...
... quas illa
faciebat

i. ad Thaidem que est
in domo militis

dum antipho audit ipsum cheream, cherea secum loquitur, gaudens de gratiam puelle, et uellet inuenire aliquem cum quo posset omnia dicere. dum eius antipho ... [illegible]

Cherea. Antipho.

Nunquis hic est. Nemo est. Nunquis hinc me sequitur. Nemo homo est.
iam ne erumpere hoc licet mi gaudium.
pro iuppiter nunc est profecto interfici cum
perpeti me possum. nec hoc gaudium con
taminet uita egritudine aliqua. sed neminem
ne curiosum interuenire nunc mi qui me se
quatur quoquo eam rogitando obtundat.
enicet quid gestiam aut letus sim. quo
pergam. unde emergam. ubi siem ue
stitum hunc nactus. quid mi queram. sanus
sim an ne insaniam. Ant. Adibo. atque
ab eo gratiam hanc quam uideo uelle ini
bo. Cherea quid est quod sic gestis. aut
quid sibi hic uestitus querit. quid est quod
letus sis. quid tibi uis. Sanus es. quid
me aspectas. quid taces. Che. O festus
dies hominis. amice salue. nemo est om
nium quem ego nunc magis cuperem uide
re quam te. Ant. Narra istuc queso quid sit.
Che. Immo ego te obsecro hercle ut audi
as. nostin hanc quam amat frater.
Ant. Noui nempe (ut opinor) thaidem.
Che. Istam ipsam. Ant. Sic commemine
ram. Che. hodie quedam est ei dono data ui
rgo. quid ego eius tibi nunc faciem pre
dicem. aut laudem antipho. cum ipsum
me noris quam elegans formarum specula

... [illegible] cum tu noris me ipsum ... [illegible]
formosa non laudare.

tor sicm. in hac commotus sum. Anti.
Quid tum. Ch. primam dicet scio si uideris.
quid multa uerba. amare cepi. Forte
fortuna domi erat quidam eunuchus
quem mercatus fuerat frater thaidi.
Neque is deductus est. tum ad eam. simo
nuit me parmeno. ibi simul quod ego ar
ripui. Anti. Quid id est. Ch. Tacitus
citius audies ut uestem cum illo mutem.
et pro illo iubeam me illoc deducier. Anti.
pro eunuchon. Ch. Sic est. Anti. Quid
ex ea re tandem ut caperes commodi. Ch.
Rogas. uiderem audirem essem una.
quacum cupiebam anthipho. Num
parua causa. aut parua ratio est. tra
ditus sum mulieri. illa illico ubi me
accepit. leta uero ad se abducit domum.
commendat uirginem. Anti. Cui. tibi ne.
Ch. Michi. Anti. Satis tuto tamen. Ch.
Edicit ne uir quisquam ad eam adeat. et
mi ne abscedam imperat in interiore
parte ut maneam solus cum sola. an
nuo terram intuens modeste. Anti. Miser.
Ch. Ego inquit ad cenam hinc eo. ab
ducit secum ancillas. pauce que circum il
lam essent manent. Nouitie puelle
continuo hec adornant ut lauet.

A nnuo terram. dum
... deductus ... ita
... honestum.

ad ostium propere. dum apparatur. Virgo
in conclavi sedet, suspectans tabulam
quandam pictam. Ibi inerat pictura
haec. Iovem quo pacto Danaae misisse
aiunt quondam in gremium imbrem
aureum. Egomet quoque id spectare
coepi, et quia consimilem luserat iam oli
ille ludum, impendio magis animus
gaudebat mihi deum sese in hominem
convertisse. Atque in alienas tegulas ve-
nisse clanculum per impluvium fucum
factum mulieri. At quem deum! qui
templa celi summa sonitu concutit. Ego
homuncio hoc non facerem. Ego vero illud
ita feci ac libens. dum haec mecum re-
puto. accersitur lavatum interea virgo.
iit lavit. rediit. deinde eam in lecto ille
collocarunt. sto spectans, si quid mihi impe-
rent. venit una. heus tu inquit Dore cape
hoc flabellum, et ventulum huic sic faci-
to dum lavamus. Ubi nos laverimus,
si voles lavato. accipio tristis. Tum
equidem istuc os tuum, impudens, vide-
re nimium vellem. qui esset status fla-
bellum tenere te asinum tantum.
Vix elocuta est hoc. foras simul omnes pro-
ruunt se. abeunt lavatum. perstrepunt
ita ut fit. domini ubi absunt. interea
somnus virginem opprimit. Ego limis

aspecto sic per flabellum clanculum, et
simul alia circumspecto, satin explora
ta sint. video esse pessulum ostio obdo.
An. Quid tum? Che. Quid tum, fatue?
An. Fateor. Che. An ego nunc mihi occasionem
ostentatam tam brevem, tam optatam,
tam insperatam amitterem? tum pol
ego is essem vere, qui assimulabar.
An. Sane hercle ut dicis. sed interim
de simbolis quid actum est? Che. Paratum
est. An. Frugi es. Ubi? domin? Che.
Immo apud libertum Discum. An. Per
longe est. sed tanto ocius properemus:
muta vestem. Che. Ubi mutem? perii.
nam domo exulo nunc. metuo fratrem
ne intus sit. porro autem pater ne ru
re redierit iam. An. Eamus ad me.
ibi proximum est ubi mutes. Che. Recte
dicis. eamus, et de istac simul quo
pacto possim potiri consilium volo ca
pere una tecum. An. Fiat. Dorias ancilla.

Ita me di ament, bene quantum
ego illum vidi, non nihil timeo
misera, ne quam ille hodie insanus tur
bam faciat, aut vim Thaidi. Nam post
quam iste advenit Chremes, adolescens fr
ater virginis, militem rogat, ut illum ad
mitti iubeat. Ille continuo irasci, neque
negare audere. Thais porro instare ...

al' tam

(marginal glosses:) q. d. quid interrogas quid fecerim ... talem formam ... insperatam ... fecissem non fuissem ille eunuchus quem ego simulabar.

valde est longe ...

Discus frater ... quod ibi facit ad simbaram galeae.

tamquam exulo ... exul ille qui non potest redire ... est proxima casa ... ornatum.

In ista scena ... Dorias ancilla ... Thaidi ... [illegible] ... Chremes ... Pamphile ... [illegible] ... Thaydem.

tunc ea [illegible]. Habebat forte illa anulos et [illegible] que dederat sibi Thraso in ipsa accipere et [illegible] dedit ipsa mulieri Dorie que domum attulit.

hominem invitat, id faciebat retinendi
illius causa. Illa que cupiebat de sorore
illius indicare, ad eam rem tempus non erat. In-
vitat tristis, mansit ibi, illa cum
illo sermonem incipit. Miles vero sibi
putare adductum ante oculos emulum.
Voluit contra facere huic egre.
Heus inquit puer pamphilam accerso
ut delectet hic nos. Illa exclamat, mi-
nime gentium in convivium illam!
Miles tendere inde ad iurgium. Interea
aurum sibi clam mulier demit. Dat
mihi ut auferam. Hoc est signi ubi primum
poterit, se illinc subducet scio. Phedria

Dum rus eo, cepi egomet mecum inter
vias, ita ut fit ubi quid in animo
est molestie, aliam rem ex alia cogit-
are, et ea omnia in peiorem partem.
Quid opus est verbis? Dum reputo hec
preterii imprudens villam. Longe iam
abieram cum sensi. Redeo rursum ma-
le me vero habens, ubi ad ipsum veni diver-
ticulum constiti. Occepi mecum cogitare.
Hem biduum manendum est soli sine
illa? Quid tum postea? Nichil est. Quid?
nichil? Si non tangendi copia est, eho ne
videndi quidem erit? Si illud non potest,
saltem hoc licebit. Certe extrema lin-

Supra dixit quam gravis sit [illegible] ducere alium in [illegible] aliam mulierem [illegible] quod volebat facere [illegible]

Est signum quod subito volebat recedere et redire domum.

In hac scena introducitur Phedria qui secum loquitur et dum ibat rus [illegible] cogitando amorem Thaidis [illegible] est.

ea. amare. haud nichil est. uillam praetereo
faciens. sed quid hoc est? quid timida e scena
egreditur phytias. Pythias. Phedria. Dorias.
p. VBi ego illum scelerosum misera atque
impium inueniam? aut ubi queram?
hoccine tam audax facinus facere esse
ausum. phe. perii. hoc quid sit uereor.
phi. Quin etiam insuper scelus, postquam lu
dificatus est uirginem, uestem omnem misere
discidit. tum ipsam capillo conscidit. phe. hem.
phi. Qui nunc si detur mihi
ut ego unguibus facile illi in oculos in
uolem uenefico. phe. Nescio quid profecto
absente nobis turbatum est domi. adi
bo. quid istuc? quid festinas? aut quem
queris, phytias? phi. hem phedria ego
quem queram? hinc quo dignus
es. cum donis tuis tam lepidis. phe.
Quid istuc est rei? phi. Rogas me? Eu
nuchus quem dedisti nobis, quas
turbas dedit. uirginem, quam ere
dederat dono miles, uitiauit. phe. Quid
ais? phi. perii. phe. Temulenta es. phi.
Vtinam sic sint, qui michi male uolunt.
do. hau obsecro, mea phytias, quid
istuc nam monstri fuit. phe. Insanis.
qui istuc facere eunuchus potuit. phi.
ego illum nescio qui fuerit. hoc quod fecit.

res ipsa indicat, virgo ipsa lacrimat,
neque cum rogites quid sit audet dicere
ille autem bonus vir nusquam apparet. et
quod hoc misera suspicor aliquid do
mo abeuntem abstulisse. phe. Neq
ueo mirari satis quo ille abire ig
navus possit longius nisi domum
forte ad nos redijt. phi. Vise amabo
num sit. phe. Iam faxo scies. pe
perij. obsecro tam infandum facinus
mea tu ne audivi quidem. phe. At
pol ego amatores audieram mulierum
esse eos maximos, sed nichil po
tesse. verum misere non in men
tem venerat, nam illum aliquo
conclusissem, neque illi commisissem vir
ginem. Phedria. Pirrus. dorius. eunuchus.
Exi foras sceleste. at etiam restitas.
phe. E fugitive prodi male conciliate.
eu obsecro. phe. oh, illud vide os
ut sibi distorsit carnifex. quid
huc reditio est? quid vestis muta
tio? quid narras? paululum si cess
assem phytias domi non offendi
ssem. ita iam adornabat fugam.
phi habes ne hominem, amabo. phe
quidni habeam. phi O factum bene.

do Istuc. pol uero bene. phi Ubi est. phe
non uides. phi Videam obsecro quem.
phe hunc scilicet. phi Quis hic est ob
secro homo. phe. Qui ad uos deductus
hodie est. phi Hunc oculis suis no
strarum numquam quisquam uidit phedria.
phe Non uidit. phi An tu hunc cre
didisti esse obsecro ad nos deductum
phe Nam quem alium habuimus neminem.
phi An uero comparandus hic quidem
ad illum est. ille erat honesta facie
et liberali. phe Ita uisus est dudum.
quia uaria ueste exornatus fuit. Nunc
eo tibi uidetur fedus quia illam non
habet. phi Tace obsecro quasi uero
paululum intersit. ad nos deductus
est hodie adolescentulus quem tu
uidere uero uelles phedria. hic est
uetus uietus ueternosus senex co
lore mustelino. phe Hem que hec
fabula. eo redigis me ut quid ege
rim egomet nesciam. Eho tu emin
ego te. Eun Emisti. phi Iube mi de
nuo ut respondeat. phe Rogas. phi Ve
nistin hodie ad nos. Negat. At ille
alter uenit annos natus sedecim quem
secum adduxit parmeno. Age dum

hoc nunc mihi expedi primum istam quam
habes. Vnde habes uestem? taces? monstrum ho
minis non dicturus? Eun Venit Che
rea. phe Fraterne? Eu Ita. phe Quando.
Eun hodie. phe Quamdudum? Eu Modo
phe Quicum? Eun Cum parmenone. phe
noras ne eum prius? Eun Non. nec quis
esset unquam audieram dicier. phe Vnde igitur
fratrem meum esse sciebas. Eun parme
no dicebat eum esse. is dedit michi hanc
uestem. phe Occidi. Eu Meam ipse indu
it. post una ambo abierunt foras. phi
Iam satis credis sobriam esse me. et nichil
mentitam tibi. Iam satis certum est uir
ginem uitiatam esse. phe Age nunc bellua
credis huic quid dicat. phi Quid isti cre
dam. res ipsa indicat. phe Concede istuc
paululum. audin? etiam nunc paululum sat
est. dic dum hoc rursum. cherea tuam uestem
detraxit tibi. Eu Factum. phe Et ea est
indutus. Eu Factum. phe Et pro te huc
deductus est. Eu Ita. phe Iuppiter magne
O scelestum atque audacem hominem. phi Ve
mi etiam non credis: nunc credis indignis
nos esse inrisas modis. phe Mirum ni tu
credas quid iste dicat. phi Quid agam
nescio. phe heus negato rursum. possum
ne ego hodie ex te exculpere uerum. Vidistin

eun

42

fratrem cheream. Eu Non. phe Non potes
sine malo fateri uideo; sequere hac m
ait, mo negat; ora me. do obsecro te
uero phedria. phe fiunt. Eu hey hey,
phe alio pacto honeste. quomodo hinc ho
neste abeam nescio. actum est si quidem
tu me hic et nebulo ludificabere. phe par
menonem tam scio esse hanc tegnam quam uiue.
do Sic est. phe Inueniam pol hodie parem
ubi ei referam gratiam. Sed nunc quid
faciundum censes dorias. do de istac ro
gas uirgine. phe Ita utrum ne taceam
an predicem. do Tu pol si sapis quod scis
nescis. neque de eunucho et neque de uitio
uirginis; hac re et te omni turba euol
ues et illi gratum feceris. id modo dic a
bisse dorum. phe Ita faciam. do Sed ui
deon cremem. Thais iam aderit. phe
Quid ita. do Quia cum inde abeo
iam tum inceperat turba inter eos; tu
aufer aurum. hoc ego scibo, et ex hoc quid
siet. Cremes. pithias.

At at data mihi uerba sunt hercle uicit
uinum quod bibi at dum accu
babam quam uidebar mihi esse pulcre sobrius.
postquam surrexi. neque pes neque mens satis suum
officium facit. phi O cremes. cre Quis est.
hem phitias. uah quanto nunc formo
sior uidere mihi quam dudum. phi Certe tu pol mihi

aly hic ... ergo ... (faint marginal note)

nium ylarior quidem. Cre Verbum hercle
hoc verum est, sine cerere et libero friget
venus. Sed thays multo ante me venit.
Phi An ne abiit iam a milite? Cre Hercle
iam dudum etatem lites facte sunt inter eos
maxime. Phi Nichil dixit tum, ut sequere
sese? Cre Nichil nisi abiens mi innuit.
Phi Eho non ne id sat erat? Cre At nescie-
bam id dicere illam, nisi quia correxit
miles, quod intellexi minus; nam me ex-
trusit foras. Sed eccum ipsam video; mi-
ror ubi ego huic antevorterim.

thais cremes pithias

Tha Credo equidem illum iam affuturum
esse, ut illam a me eripiat. Sine ve-
niat; atque illam si digito tetigerit, uno
oculi ilico effodientur. Usque adeo ego illius
ferre possum ineptias et magnifica illa
verba dum sint verba; verum enim si ad rem
conferentur, vapulabit. Cre Thays ego
iam dudum hic assum. Phi O mi Creme,
te ipsum expecto. Scin tu turbam hanc propter te
esse factam? Et adeo ad te attinere omnem
hanc rem? Cre Ad me? Qui? istuc. Tha Quia
dum tibi sororem studeo reddere ac restitu-
ere, hec atque huiusmodi sum multa passa.
Cre Ubi est ea? [soror] Tha Domi apud me. Cre Hem.
Tha Quid est? Educta est ita uti teque illa-
que dignum est. Cre Quid ais? Tha Id quod

re est. hanc dono tibi do neque repeto pro illa
quicquam abs te precii. cre. Et habeo et referet
thais. ita uti merita es gratiam. tha. At enim
caue. ne prius quam a me hanc accipias amit
tas cremes. Nam hec est ea quam miles
vi ereptum uenit nunc. abi tu cistellam
phytias domo effer cum monumentis.
cre. Viden tu illum thais. phi. Ubi sita est.
(i. fenestra)
tha. In risco. odiosa cessas. cre. Militem se
cum ad te. quantas copias adducere. at
at. tha. Num formidolosus obsecro es
mi homo. cre. Apage sis. egon formido
(quiesce) (egone)
losus. nemo est homo qui uiuat minus.
tha. Atque ita opus est. cre. Ah metuo qualem
tu me esse hominem existimes. tha. Immo hoc
cogitato. quicum res tibi est. peregrinus
est. minus potens quam tu. minus notus mi
nus amicorum hic habens. cre. Scio istuc. Sed
tu quod cauere possis stultum amittere est.
malo ego nos prospicere quam hunc ulcisci
accepta iniuria. tu abi atque obsera
hostium intus. dum ego hinc transcurro
ad forum. Volo ego adesse hic aduocatos
nobis in turba hac. tha. Mane. cre. Me
lius est. tha. Mane. cre. Melius est. tha. Mane.
cre. Omitte iam adero. tha. Nichil opus
est istis cremes. hoc modo dic. sororem esse
illam tuam. et te paruam uirginem amisisse.

(margin: es pauc ceteris)

Huic cognosse signa unde. *phi.* assunt. *tha.*
cape. si vim faciat in ius ducito hominem
Intellextin. *cre.* probe. *tha.* fac hec
animo ut presenti dicas. *cre.* faciam
tha. Attolle pallium. pecy. huic ipsi opus
est patrono quem defensorem paro.
traso. gnato. thais. cremes. sangha.
tra. Hancine ego ut contumeliam tam
insignem in me accipiam / gnato.
mori me satius est. Simalio dorax / Siurisce
sequimini me. primum edes expugna
bo. *gn.* recte. *tra.* virginem eripiam. *gn.*
probe. *tra.* male multabo ipsam. *gn.* pul
cre. *tra.* In medium huc agmen cum ve
cte dorax. tu simalio in sinistrum cor
nu. Tu siurisce in dextrum / cedo alios.
Ubi est centurio / sanga. et manipulus
furum. *san.* adest. *tra.* Quid ignave
peniculum pugnare. qui istunc huc por
tes cogitas. *san.* ego ne. imperatoris
virtutem noveram / et vim militum sine
sanguine hoc / non posse fieri. qui ab
stergerem vulnera. *tra.* Ubi alii. *san.*
qui malum alii. solus sannio servat
domum. *tra.* Tu hosce instrue. hic ego ero
post principia. inde omnibus signum
dabo. *gn.* Illuc est sapere / ut hosce instruxit
ipsus sibi cavit loco. *tra.* idem iam hoc pirrus
factitavit. *cre.* Viden tu thais / quam

hic rem agit. nimirum consilium id rectu
est. de occludendis edibus. THA Sane
quid tibi uir iste uidetur ee. hic nebu
lo magnus e ne metuas. TRA Quid tibi
uidetur. GN fundam tibi nunc nimi
uellem dari ut tu illos procul hinc ex
occulto cederes ut facerent fugam. TRA
Sed eccam thaidem ipsam uideo. GNA Quam
mox irruimus. TRA Mane omnia
prius experiri quam armis sapientem decet.
qui scis an que iubeam sine ui faciat.
GNA dii uestram fidem quanti est sapere. num
quam accedo ad te quin abs te abeam doctior.
TRA Thais primum hoc michi responde.
cum tibi do istam uirginem dixtin hos
dies mi dare te. THA Quid tum postea.
TRA Rogitas. que mi ante oculos coram
amatorem adduxti tuum. THA Quid cum
illoc agas. TRA Et cum eo clam te sub
duxti mi. THA Lubuit. TRA Pamphilam
ergo huc redde. ni mauis ui eripi. CRE
tibi illam reddat. aut tu illam tangas
omnium. GN Ah quid agis tace. CRE
Quid tu tibi uis. TRA Ego meam non
tangam. CRE Tuam autem furcifer.
GN Caue sis nescis cui maledicas nunc
uiro. CRE Non tu hinc abis. scin tu ut tibi
res sese habeant. si quicquam hodie hic tur
be ceperis. faciam ut huius loci dieique

meliꝰ semper meminerit. Gn. Miserę
tur. me. qui hunc tam hominem facias
inimicum tibi. Chr. diminuam ego ca
put tibi hodie nisi abis. Gn. ain uero
canis sic aiꝭ. Tra. Quid tu homo es.
quid tibi uis. quid cum illa rei tibi est.
Chr. Scibis. principio eam eē dico liberā.
Tra. hem. Chr. Ciuem atticam. Tra. hui. Chr.
meam sororem. Tra. Os durum. Chr. Mi
les nunc adeo. edico tibi ne uim facias.
ullam in illam. ego eo ad sophronam.
nutricem ut eam adducam. et signa oste
dam hec. Tra. Tun me prohibebas ne
eam ne tangam. Chr. prohibeo inquā. Au
din tu. Gn. audin tu hic furti se allig
at. Chr. Satis hoc tibi est. Tra. hoc idem
tu hoc ais thais. Tha. Quere qui respō
deat. Gn. Quid nunc agimus. quin
redeamus. hec tibi iam aderit suppli
cans ultro. Tra. Credin. Gn. Immo certe
noui ingenium mulierum. nolunt
ubi tu uelis. ubi nolis cupiunt
ultro. Tra. Bn̄ putas. Gn. Iam dim
itto exercitum. Tra. Ubi uis. Gn. Sanga
ita ut fortes decet milites. domi fo
ciq; fac memineris. Sang. Iam
dudum animus est in patinis.
Gn. Frugi es. Sang. Vos me hac sequi

mini . Thais. pithias

Tha. Pergin scelesta mecum perplexe lo
qui. scio nescio: abiit, audiui.
Ego non affui. non tu istuc michi dic
tura aperte es quicquid est. Virgo conscissa
ueste lacrimans obticet. Eunuchus
abiit. quamobrem. quid factum est. taces.
Phi. Quid tibi ego misera dicam. Illum
eunuchum. negant fuisse. Tha. Quis fu
it igitur. Phi. Iste cherea. Tha. Quid che
rea. Phi. Iste ephebus frater fedrie. Tha.
Quid agis uenefica. Phi. Atque certo com
peri. Tha. Quid is obsecro ad nos. aut quamob
rem adductus. Phi. Nescio. nisi amasse
credo pamphila. Tha. Hem misera occidi.
infelix siquidem tu istec uera predicas.
Num id lacrimat uirgo. Phi. Id opinor.
Tha. Quid ais sacrilega. Istucine interminata
ta sum. hinc abiens tibi. Phi. Quid facerem
ita ut tu iussisti soli credita est. Tha. Heu
scelesta ouem lupo commisisti. dispu
det sic michi data esse uerba. quid illuc
hominis est. Phi. Hera mea tace tace
obsecro. salue sumus. habemus hominem
ipsum. Tha. Ubi is est. Phi. Hem ad sinistram
uides ne. Tha. Video. Phi. Iube comprehen
di quantum potest. Tha. Quid illo faciemus.

multa. phi Quid faciam? Rogas. videam
abo si non cum aspicias os impudens videris.
tha Non est. phi Tum que eius confidentia
est. cherea. thais. pithias.
che Apud anthiphonem uterque mater et
pater quasi dedita opera domi erant
ut nullo modo introire possem quin vi
derent me. interim dum ante hostium
sto notus mihi quidam obviam venit. ubi
vidi ego me ilico conieci in pedes quantum
queo in angiportum quoddam desertum.
inde item in aliud ita miserrimus
fui fugitando ne quis me cognosceret.
Sed estne hec thais quam video? ipsa
est. hereo. quid faciam. quid mea autem.
quid faciet mihi. tha Adeamus. bone vir
dore. salve. dic mihi aufugisti. che
era factum. tha Satin id tibi
placet? che Non. tha Credin te impune
habiturum? che Unam hanc
noxam amitte. si aliam amisero umquam
occidito. tha Num meam sevitiam ve
ritus es? che Non. tha Ut quid igitur?
che Hanc metui. ne me criminaretur
tibi. tha Quid feceras? che paululum
quiddam. phi Eho paululum impudens.

An paululum hoc esse tibi uidetur uirginem
uitiare ciuem. che. Conseruam esse credidi.
phi. Conseruam. uix me contineo quin
inuolem in capillum. monstrum et ultro
derisum aduenit. tha. Abi hinc insa-
na. phi. Vt quid ita uero habeam. cre-
do quicquam isti furcifero. presertim cum se
fateatur tuum. tha. Missa istec faciam.
non te dignum cherea fecisti. Nam si ego
digna contumelia hac sum maxime.
at tu indignus qui faceres tamen. neque
edepol quid nunc consilii capiam scio
de uirgine istac. ita turbasti mi ratio-
nes omnes. ut ego non possim suis ita
ut equum fuerat. atque ut studui tradere
ut solidum parerem hoc mi benefici-
um cherea. che. At nunc dehinc spero
eternam inter nos gratiam fore thais. et
sepe ex huiusmodi re. quapiam ex malo
principio magna familiaritas confla-
ta est. Quid si hoc quispiam uoluit deus.
deus? tha. Equidem pol in eam partem
accipio que et uolo. che. Immo ita quaeso
unum hoc scito contumelie me non fecisse
causa sed amoris. tha. Scio et pol propterea et pol
propterea magis nunc ignosco tibi. Non adeo
inhumano sum ingenio cherea. neque tam
imperita ut quid amor ualeat nesciam.

Che. Te quoque iam thais ita me dii amen
amo. Phi. Tum pol ab isto cherea hoc
cavendum intelligo. Che. Non ausim
Phi. Nichil tibi quicquam credo. Tha. desinas.
Che. Nunc ego te in hac re mi oro ut adiu
trix sies. Ego me tue commendo et com
mitto fidei. Te mi patronam capio tha
is. obsecro te emoriar si non hanc ux
orem duxero. Tha. Tamen si pater. Che.
Quid. ha volet certo scio. civis modo
hec sit. Tha. paululum operier si vis.
iam frater ipse hic virginis aderit. nu
tricem accersitum it. que illam aluit
parvulam. in cognoscendo tute ipse ade
ris cherea. Che. Ego non maneo. Tha. Vis
ne interea dum is venit domi operiamur.
potius quam hic ante hostium. Che. Immo per
cupio. Phi. Quam tu rem actura obsecro
es. Tha. Nam quid ita. Phi. Rogitas.
hunc in edes cogitas recipere post hoc.
Tha. Cur non. Phi. Crede hoc mee fidei. da
bit hic pugnam aliquam denuo. Tha.
Au tace obsecro. Phi. parum perspe
spexisse eius videre audaciam. Che. Non
faciam phytias. Phi. Non pol credo che
rea. nisi commissum non erit. Che. Quin
phytias tu me servato. Phi. Neque pol ser
vandum tibi quicquam dare ausim neque te ser

nare. thr. Apage te. adest optime ipse fr.
chr. peri hercle. obsecro abeamus intro
thais. nolo me in via cum hac veste tu
videat. thr. Quamobrem tandem. an quia
pudet. chr. id ipsum. phi. id ipsum virgo
uerum. thr. I pre sequor. tu istic ma
ne ut cremetem introducas phitias.

pithias. chremes. sophronia.

phi. Quid quod uenire in mentem nunc
possit mihi. quidnam qui referam
illi sacrilego gratiam. qui hunc supposu
it nobis. chr. Moue uero te ocius tu nu
trix. So. Moueo. chr. Video. sed nichil pro
moues. phi. Iam ne ostendisti signa nutri
ci. chr. omnia. phi. amabo quid ait. co
gnoscit ne. chr. Ac memoriter. phi. Bene
edepol narras. Nam illi faueo uirgi
ni. Ite intro iam dudum. hera uos ex
pectat domi. Virum bonum eccum par
menonem incedere uideo. uide ut et
ociosus sit. Si dis placet spero me habere
qui hunc meo excruciem modo. Ibo in
tro de cognitione ut certius sciam. post
exibo. atque hunc perterrebo sacrilegum.

parmeno. pithias.

r. Reuiso quidnam cherea hic rerum
gerat. quod si astu rem tractauit.
dii uostram fidem quantam et quam ueram
laudem capiet parmeno. Nam ut omittam

quod ei amorem difficilimum et carissimum
a meretrice avara. virginem quam am-
abat eum confeci sine molestia sine sump-
tu et sine dispendio. Tum hoc alterum id vero
est quod ego michi puto palmarium me re-
pperisse quomodo adolescentulus meretri-
cum ingenia et mores posset noscere
mature. ut cum cognoverit perpetuo
oderit. que dum foris sunt nichil videtur
mundius. nec magis compositum quicquam
nec magis elegans. que cum amatore
suo cenant. liguriunt. harum vi-
dere illuviem sordes inopiam
quam inhoneste sole sint domi atque avide
cibi. quo pacto iure hexterno panem
atrum vorent. nosse omnia hec salus
est adolescentulis. Phi. Ego pol pro istis
dictis et factis scelus ulciscar ut ne
impune in nos illuseris. Ph. deum fidem
facinus fedum o infelicem adolescen-
tulum o scelestum parmenonem qui
istum huc adduxit. Par. Quid est. Phi. Mi-
seret me. itaque ut ne viderem miseram
huc effugi foras que futura exempla
dicunt in eum indigna. Par. O Iupiter
que illec turba est. numnam ego perii.
adibo. quid istuc phitias. quid ais
in quem exempla fient. Phi. Rogitas

audacissime perdidisti istum quem adduxti
pro eunucho adulescentulum. dum studes
dare verba nobis. Par Quid ita a
ut quid factum est cedo. cedo. Phi dicam
virginem istam thaidi hodie que dono
data est. scis eam civem esse hinc. Et fratrem
huius esse apprime (maxime) nobilem. Par Nescio.
Phi Atqui sic inventa est. eam iste vitiavit
miser. ille ubi rescivit esse frater factum
violentissimus. Par Quidnam fecit.
Phi Colligavit eum primum miseris mo
dis. Par hem colligavit. Phi Atque equidem
orante ut ne id faceret thaide. Par Quid
agis. Phi Nunc minatur porro sese id fa
cturum. quod mechis solet. quod ego numquam
vidi fieri neque vellem. Par Qua audacia
tam facinus facere audet. Phi Quid ita ta
ntum. An non hoc tibi maximum est. Par Quis
homo pro mecho umquam vidit in domo
meretricia deprehendi quemquam. Phi Nescio.
Par At ne hoc nesciatis phytias. dico
edico vobis nostrum esse illum herilem fili
um. Phi hem obsecro an is est. Par Ne
quam in illum thais vim fieri sinat. atque
aut adeo autem cur non egomet introeo. Phi Vi
de parmeno quid agas. ne neque illi pro
sis et tu pereas. Nam hoc ita putant
quidquid factum est ex te ortum esse.

par Quid igitur faciam miser· quidve i-
cipiam.' hā ecce aūt video rure redeū
tem senē. dicam huic an nō.' dicam h[er]-
cle. & si m[ihi] magnū malū scio paratū.
s[ed] necesse ē huic ut subveniat. phi. Dapis
ego abeo intro· tu isti narrato omnem
ordinē ut factū siet. Laches. parmeno.

v. act. La. Ex meo propinquo rure hoc capio
cōmodi· nec agri nec urbis odium
me umquā percipit· ubi satias cepit fieri
commuto locū. S[ed] est ne ille n[oste]r parme-
no.' & certe ipsus ē. quem prestolare
parmeno hic ante hostiū.' par Quis
homo ē.' hehem salvū te advenire ere ga-
udeo here. lac Quem prestolare.' pa
perii· lingua heret metu· lac hem qd
est· quid trepidas. Satin salve dic m[ihi].
par here primū te arbitrare id q[uo]d res
est velim· quicquid huius factū ē
culpa non factū ē mea. la Quid pa
Recte sane interogasti· oportuit rem
prenarrasse me· Emit quendā phe-
dria eunuchū quem dono huic daret.
la cui.' pa thaidi· lac Emit· perii h[er]cle
quanti.' par Viginti minis. lac Actū est.
par Tunc quandā fidicinā amat hic
cherea· lac hem quid amat.' an sit il-
le quid iam meretrix siet.' an in astu ve-
le quid iam

nit aliud ex alio malum. Pa. heccine
me spectes. me impulsore hoc non fecit.
La. Obtundere de te dicere. Ego te furti
fer? si immo sed istuc quicquid est primum
expedi. Pa. Is pro illo ad thaidem hanc
deductus est. La. Pro eunuchon. Pa. Sic
est. Hunc pro moecho postea comprehendere
intus et constringere. La. Occidi. Pa. Au
daciam meretricum specta. La. Numquid est
aliud mali damnive quod non dixeris re
liquum. Pa. Tantum est. La. Cesso huc intro
rumpere. Pa. Non est dubium quin mihi m
agnum ex hac re sit malum. nisi quia necesse
fuit hoc facere. Id gaudeo propter me. hisce
aliquid esse mali venturum. Nam diu
iam aliquam causam quaerebat senex. Quam
obrem insigne aliquid faceret, is nunc re
perit. Pithias. Parmeno

Pi. Numquam edepol quicquam iam diu quod ma
gis vellem evenire mihi evenit quam quod
modo. senex intro advenit errans. In
sole ridiculo fuit, qui quid timeret sciebam.
Par. Quid autem hoc est. Phy. Nunc id pro
deo ut conveniam parmenonem. Sed ubi
obsecro est. Par. Me quaerit haec. Phi. Atque
eccum video, adibo. Par. Quid est inepta.
Quid tibi vis. Quid rides. pergin. Phy.
perii. defessa sum iam misera te ridendo.
Par. Quid ita. Phy. Rogitas. numquam hominem

pol stultiorem vidi / neque videbo / Iam non
possum satis narrare. quos ludos praebueris
intus. at etiam primo callidum et disertum
credidi hominem. Quid illicone credere
ea / que dixi oportuit / te. an paeni
tebat flagitii. te auctore / quod fecisset a
dolescens. / ni miserum insuper etiam
patri indicares. Nam quid illi credis
animi tum fuisse. / ubi vestem vidit
illam esse / eum indutum pater. Quid iam
scis te perisse. par Quid dixti pessima.
an mentita es. et rides. itan lepidum
tibi visum est scelus nos irridere. phy
nimium. par Siquidem hercle istuc im
pune habueris. phy verum. par Reddam
hercle. phy credo. Sed in diem istuc par
meno est. fortasse quod minitare. tu
iam pendebis. qui stultum istum ado
lescentulum nobilitas flagitiis et eundem
indicas. uterque exempla in te edent.
par Nullus sum. phy hic pro illo munere
tibi honos est habitus abeo. par Egomet meo in
dicio. miser quasi sorex hodie perii.

Traso. Gnato.

Con. Quid nunc qua spe / aut quo consilio hu
c imus. Quid ceptas traso. Tra Ego
ne. ut thaidi me dedam / et faciam quod iub
eat. Gn Quid est. Tra Qui minus
quam hercules servivit omphale. Gn Exe

plus placet. ut tibi comitigari videam
Sandalio caput. sed fores crepuerunt ab
ea. PYTH. perii. quid hoc aut est mali. hic
ego numquam videram. quam quid na hic
properans prodit. CHEREA. PARMENO. GNATO. TRASO.
O populares. ecquis me vivit hodie
fortunatior. nemo quisquam hercle
Nam in me dii plane potestatem suam omnem
ondere. cui tam cito tot congruerint co
modo. PAR. quid hic letus est. CHE. o par
meno mi. o mearum voluptatum omnium
inventor. inceptor. perfector. scis me in quibus
sim gaudiis. Scis pamphilam meam inve
tam civem. PAR. audivi. CHE. Scis sponsam.
PAR. Bene ita me dii ament factum. GNA. au
din tu hic quid ait. CHE. Tum aut phed
rie meo fratri gaudeo esse amorem omnem in
tranquillo. Una est domus. nobis thais.
patri se comendavit in clientelam et fidem.
nobis dedit se. PAR. fratris igitur thais tota
est. CHE. Scilicet. PAR. iam hoc aliud. quod
gaudeamus miles pelletur foras. CHE.
Tum tu frater ubi ubi est. fac quam primum
hoc audiat. PAR. visam domum. TRA. Nu
quid gnato dubitas. quin ego perpetuo perierim.
GNA. Sine dubio opinor. CHE. quid commemo
rem primum. aut laudem maxime illum

qui michi dedit consilium ut facerem
an me qui ausus sim incipere. an for-
tunam collaudem / que gubernatrix
fuit. que tot res tantas tam oportune
in unum conclusit diem / an mei patris
festiuitatem / et facilitatem. o Iupiter serua
obsecro hec bona nobis. Phe. Dii uestram
fidem incredibilia parmeno. modo que
narrauit. sed ubi est frater. Che. presto
adest. Phe. Gaudeo. Che. Satis credo
nichil est thaide hac frater tua dignius
quod ametur. ita nostre omni est fautrix fa-
milie. Phe. hui michi illam laudas. Tra.
perii. quanto minus spei est tanto
tanto magis amo. obsecro gnato
in te spes est. Gna. Quid uis faciam.
Tra. perfice hoc precibus precio ut he-
ream / in parte aliqua tandem apud
thaydem. Gna. difficile est. Tra. Si quid
tibi collibitum est facile est. Noui te. hoc
si effeceris. quoduis donum a me premii
tum optato / id optatum feres. Gna. Ita-
ne. Tra. Sic erit. Gna. Si efficio hoc ex-
postulo / ut michi tua domus te pre-
sente / absente pateat / inuocato in-
ut sit locus semper. Tra. do fidem futurum.

gnato tangar. Phe. Quem ego hic audio o
Traso. Tra. Salvete. Phe. Tu fortasse quae facta
hic sient nescias. Tra. Scio. Phe. Cur te ergo
in his ego conspicio regionibus. Tra. Vobis
fretus. Phe. Scin quam fretus. Miles dico
tibi, si te in platea offendero, hac post
umquam nichil est quod dicas michi alium quae
rebam. iter hac habui. peristi. Gna. Eia haud
sic decet. Phe. Dictum est. Gna. Non nosco
vestrum genus tam superbum. Phe. Sic
erit. Gna. Prius audite paucis quod cum dixero
si placuerit facitote. Phe. Audiamus. Gna.
Tu concede paululum istuc Traso. Principio
ego vos ambos credere hoc mihi vehementer
velim me, quicquid huius facio, id facere ma
xime causa mea. Verum idem si vobis prodest
vos non id facere insania est. Phe. Quid id est.
Gna. Militem ego rivalem recipiendum censeo
Phe. Hem recipiendum. Gna. Cogita modo tu
hercle cum illa ut libenter vivis, et enim bene
libenter victitas. quod des paululum est. et quam
necesse est multum accipere Thaidem ut tuo
amori suppeditare possit sine sumptu tuo
ad omnia hec magis oportunus, nec magis
ex usu tuo nemo est. principio et habet
quod det. et dat nemo largius. Fatuus est
insulsus tardus. stertit noctes et dies. ...

istum metuas ne amet mulier. facile
pellas ubi velis. PHE. Quid agimus? GN.
preterea hoc etiam quod ego vel primum puto. ac
cipit hominem nemo melius prorsus neque
prolixius. PHE. Mirum ni illoc homine
quoquo pacto opus est. CHE. Idem ego ar
bitror. GN. Recte facitis. unum etiam vos
oro, ut me in vestrum gregem recipia
tis. satis diu hoc iam saxum verso. PHE. Re al' volvo.
cipiamus. CHE. Ac libenter. GN. At ego
pro isto Phedria et Chreme hunc comedendum
et deridendum vobis prebeo. CHE. Placet.
PHE. Ita dignus est. GN. Traso accede ubi
vis. TRA. Obsecro te quid agimus? GN.
Quid? isti te ignorabant. sed postquam eis mo
res ostendi tuos. et collaudavi secundum
facta. et virtutes tuas impetravi. TRA.
Bene fecisti. gratiam habeo maximam. num
quam etiam fui usquam quin omnes me amarent
plurimum. GN. Dixin ego in hoc esse
vobis atticam eloquentiam. PHE. Ni
chil preter missum est. GN. Ite hac.
Vos valete et plaudite. Calliopius recen
sui.

argumentum.

In militiam proficisci gnatum cliniam
amantem antiphilam compulit durum
pater. animique sese angebat. facti
penitens. Mox ut reuersus est. clam patrem
diuertitur ad clitiphonem. is amabat
scortum bachidem. cum accerseret cupitam
antiphilam clinia. ut eius bachis uenit
al' suum amica. ac seruole habitum gerens antiph
ila. factum id quo patrem suum celaret clitipho
uxorem accipit. hic technis siri. x minas
meretricule aufert a sene. Antiphila
clitiphonis reperitur soror. hanc clinia
aliam clitipho uxorem accipit. Prologus.

Ne cui uestrum sit mirum cur
partes seni poeta dederit.
que sunt adolescentium id primum dicam.
de hinc quod ueni eloquar. Ex integra
greca integram comediam hodie sum
acturus. heautontimorumenon. dup
ex lex que argumento facta est simplici. No
uam esse ostendi et que esset. Nunc qui scripsit et
cuia greca sit. ni partem maximam ex
istimarem. scire uestrum id dicerem. Nunc
quamobrem has partes didicerim paucis
dabo. Oratorem esse uoluit me. Non pro
logum. uestrum iudicium fecit. me ac
torem dedit. Sed hic actor tantum poterit
a facundia. quantum ille potuit cogitare commode

comodie · qui orationem hanc scripsit / quam
dicturus sum. Nam quod rumores distu
lerunt maleuoli multas contaminasse
grecas. dum facit paucas latinas. id esse
factum hic non negat / neque se id pigere et
deinde facturum autumat. Habet bo
norum exemplum · quorum exemplo sibi
licere id facere · quod illi fecerunt putat.
Tum quod maleuolus poeta dictitat / re
pente ad studium hunc se applicasse mu
sicum amicum ingenio fretum · haud natura
sua arbitrium uestrum / et uestra existima
tio ualebit. Quamobrem omnes uos ora
tos uolo / ne plus iniquum possit quam equum
oratio. Facite ut equi sitis. date cres
cendi copiam nouarum qui ex spe pecca
di faciunt copiam sine uitiis. Ne ille
pro se dictum existimet. qui nuper fecit
seruo currenti in uia decessisse populum.
cur insano seruiat. de illius peccatis p
lura dicet / cum dabit alias nouas / nisi
finem maledictis facit. Adeste equo
animo. date potestatem mihi statariam
agere ut liceat per silentium / ne seruus
semper currens iratus senex. edax pa
rasitus / Sicophanta autem impudens.
auarus leno / assidue agendi sint mi
hi / clamore / summo / cum labore maximo /
mea causa / causam hanc istam esse animum

industrie, ut aliqua pars laboris minu
atur mihi. Nam nunc novas qui scribunt,
nichil parcunt seni. si qua laboriosa
est ad me curritur. sin lenis est ad alium de
fertur gregem. In hac est pura oratio. Ex
perimini in utranque partem ingenium
quid possit meum. Si numquam pretium statui
arti mee. et eum esse questum in animum
induxi maximum. quam maxime
servire vestris comodis. Exemplum sta
tuite in me. ut adolescentuli vobis
placere studeant potius quam sibi. Chremes. Menedemus.

chr. Quamquam hec inter nos nuper notitia ad
modum est. inde adeo quod agrum in proxi
mo hic mercatus es. nec rei fere sane
amplius quicquam fuit, Tamen vel virtus
tua vel vicinitas. quod ego in propinqua
parte amicicie puto. facit ut te auda
cter moneam et familiariter. quod mihi vi
dere preter etatem tuam facere, et pre
ter quam res te adhortatur tua. Nam pro
deum atque hominum fidem. quid vis
tibi aut quid queris. Annos sexagita
natus es. aut plus eo ut coniicio. Ag
rum in his regionibus meliorem neque pretii
maioris nemo habet. servos complures, proinde
quasi nemo sies. ita attente tute illorum
officia fungere. numquam tam mane egre-

dior/ neque tam uesperi domum reuer-
tor/ quin te in fundo conspicer fodere.
aut arare/ aut aliquid ferre/ denique
nullum remittis tempus/ neque te respi-
cis. hec non uoluptati tibi esse satis
certe scio. At enim dices me quantum
hic operis fiat penitet. Quod in opere
faciundo opere consumis tue. si su-
mas in illis exercendis plus ag-
as. ME. Chreme tantum re ab re tua
est/ otii tibi aliena ut cures. ea
que ad te nichil attinent. CH. homo
sum/ humani a me nichil alienum
puto. uel me monere hoc uel percontari
puta. Rectum est ergo ut faciam non est ut
te deterream. ME. Michi sic est usus
tibi ut opus est facto face.
CH. An cuiquam hominis opus se ut cru- al' usus
ciet. ME. Michi. CH. Si quid laboris
est nollem. Sed quid istuc mali est quaeso
quid de te tantum meruisti. ME. Eheu.
CH. Ne lacrima/ atque istuc quicquid
est fac me ut sciam/ ne retice ne uerere
crede inquam michi aut consolando
re. aut consilio iuuero. ME. Scire
hoc uis. CH. hac quidem causa qua dixi
tibi. ME. Dicetur tibi. CH. At istos
rastros interea tamen appone ne labora.

ME. Minime. CH. Quam rem agis? ME. Sine
me uacivum tempus ne quod dem in laboris. CH.
Non sinam inquam. ME. ah ah non equum fa
cis. CH. hui tam graves hos queso. ME. Si m
eritum est meum. CH. Nunc loquere. ME.
Filium unicum adulescentulum habeo. ha
quid dixi habere me. imo habui creme. nunc habeam
necne incertum e. CH. quid ita istuc. ME.
Scies. est e corintho hic anula aduena
anus paupercula. eius filiam ille amare
cepit perdite. prope iam ut pro uxore haberet. hec
clam me omnia. ubi id rescivi, cepi non hu
manitus, neque ut animum decuit egrotum
adololescentuli tractare. sed ui et uia pulg
ata patrum, quotidie accusabam. hem ti
bi ne hec diutius licere, sperans facere
me uiuo patre. amicam ut habeas prope iam in
uxoris loco. Erras, si id credis. et me in
gnoras clinia. Ego te meum esse dici tantis
per uolo. dum quod te dignum e facies. Sed si
id non facis, ego quod me in te sit facere.
dignum inuenero. Nulla adeo ex re istuc
fit, nisi ex nimio ocio. Ego istuc etatis
non amoris operam dabam. Sed in asiam hic
abii propter paupertatem. atque ibi simul rem
et gloriam, armis belli repperi. Postremo
adeo res redijt adolescentulus sepe ea
dem et grauiter audiendo uictus e. puta
uit me et etate et beniuolentia plus.

scire & prouidere / q(uod) scipi(on) sibi in asiam
ad regem militatum abiit chreme. CH.
Quid ais. ME. Clam me est profectus /
menses tres abest. CH. Ambo accusandi
& si illud inceptum tamen animi est pru-
dentis signum & non instrenui. ME. Ubi
comperi ex iis qui fuere ei conscii, do-
mum reuertor mestus / atque animo fe-
re conturbato / atque incerto pre egritu-
dine assideo. accurrunt serui. soccos
detrahunt. Video alios festinare. /
lectos sternere. / cenam apparare pro
se quisque sedulo faciebat / quo illam
mitigarent miseriam. Ubi video
hoc cepi cogitare. hem tot mea sol-
ius solliciti sunt causa / ut me unum explea-
nt. ancille tot me uestiant. sumptus
domi tantos ego solus faciam? Sed g-
natum unicum quem pariter uti his de-
cuit / aut & amplius / quod illa etas ma-
gis utenda ydonea est. ad hoc ydonea est.
Eum ego hinc eieci miserum / iniusti-
tia mea. Malo quidem me dignum qui-
uis deputem / si id faciam. Nam usque il-
le dum uitam illam colet / inopem / ca-
rens patria ob meas iniurias. Interea
usque illi de me supplicium dabo. laborans
parcens querens / illi seruiens. Ita

Facio prorsus nichil relinquo in edibus
nec uas nec uestimentum. conrasi omnia
ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rusti
co faciundo, facile sumptum exercerent suum.
omnis produxi ac uendidi. Inscripsi ilic
co edes mercede quasi talenta, ad quindecim
coegi. agrum hunc mercatus sum. hic
me exerceo. decreui tantisper me minus
iniurie Creme meo gnato facere, dum
fiam miser. nec fas esse ulla me uolupta
te hic frui, nisi ubi saluus ille huc re
dierit, meus particeps. CH. Ingenio
te esse in liberos leni puto, et illum obse
quentem, si quis recte aut commode
tractaret. Uerum nec tu illum satis
noueras, nec te ille hoc ubi fit, ubi non
uere uiuitur. Tu illum numquam ostendisti
quanti penderes, nec tibi ille credere
est ausus. que est equum patri. quod si
esset factum, hec numquam euenissent tibi.
ME. Ita res est fateor, peccatum a me max
imum est. CH. Menedeme at porro recte
spero, et illum tibi saluum affuturum
esse, huc confido propediem. ME. Utinam ita
dii faxint. CH. Facient. nunc si est com
modum dionisia hic sunt hodie, apud me

eis uolo. me. Non possum. cet. Cur non quaeso et tandem aliquantulum parce tibi. Idem absens facere te hoc uult filius. me. Non conuenit qui illum ad laborem impulerim hunc me ipsum fugere. cet. Sicine est sententia. me. Sic. cet. Bene uale. me. Et tu. cet. lacrimas excussit mi, miseretque me eius. Sed ut diei tempus est monere me huic uicinum phaniam ad cenam ut ueniat. ibo ut uisam si domi est. nichil opus fuit monitore. iam dudum domi presto apud me esse aiunt. Egomet conuiuas moror. ibo hinc intro. Sed quid crepuerunt fores hinc a me. Cuinam egreditur. huc concessero.

clinpho. chremes

cli. Nichil adhuc est quod uerear clinia. haud quaquam etiam cessant. et illam simul cum nuntio tibi hic ego adfuturam hodie scio. proin tu sollicitudinem istam falsam que excruciat mittas. cet. Quicum loquitur filius. cli. pater est. quem uolui adibo. pater oportune aduenis. cet. Quid est. cli. hunc menedemum nostin nostrum uicinum. cet. probe. cli. huic filium scis esse. cet. audiui esse in asia. cli.

Non est pater. apud nos est. Ct. Quid ais.
Cl. aduenientem e naui egredientem
illico adduxi ad cenam. Nam mihi cum eo
iam inde magna usque a pueritia fuit
semper familiaritas. Ct. Voluptatem
magnam nuntias. quam uellem me
nedemum inuitatum ut nobiscum esset
hodie amplius ut hanc letitiam nec opi
nanti primus obicerem ei domi. atque
et nunc tempus est. Cl. Caue faxis nō
opus ē pat. Ct. Quapropter. Cl. Quia
enim incertum etiam quid se faciat modo
uenit timet omnia patris iram. atque animum
amice se erga ut sit sue. Eam misere a
mat. propter eam hec uerba atque ambitio
euenit. Ct. Scio. Cl. Nunc seruulum
ad eam in urbem misit. et ego nostrum una
Syrum. Ct. Quid narrat. Cl. Quid ille.
miserum se esse. Ct. Miserum quem minus
credere est. quid reliqui est quin habeat
que quidem esse in homine dicuntur bona pa
rentes patriam incolomem amicos genus
cognatos diuitias. atque hec perinde sunt
ut illius animus ē qui ea possidet. qui
uti scit ei bona. illi qui non utitur re
cte mala. Cl. Imo ille fuit senex im
portunus semper et nunc nichil magis

uereor/ quom ne quid nimium iratus plus
satis faxit pater. CH. Ille ne? sed temperabo
me. Nam in metu esse hunc illi est utile.
CLI. Quid tute tecum? CH. Dicam. Ut ut
erat mansum tamen oportuit. fortasse ali
quanto iniquior erat. lubidine pre
ter eius pateretur. Nam quem ferret si
parentem non ferret suum. huicine erat
equum ex illius more/ an illum ex huius
uiuere. Et quod illum insimulat durum
id non est. Nam parentum iniurie unius
modi sunt ferme. paulo qui est homo to
lerabilis/ scortari crebro nolunt.
nolunt crebro conuiuarier. prebent
exigue sumptum. atque hec sunt tamen ad
uirtutem omnia/ uerum animus ubi semel se cu
piditate deuinxit mala/ necesse est Cli
tipho consequi consilia consimilia
hoc scitum est periculum ex aliis facere tibi
quod ex usu siet. CLI. Ita credo. CH. Ego
ibo hinc intro/ ut uideam nobis cene
quid siet. tu ut tempus est uide sis/ uide
sis ne quo hinc abeas longius. Clitipho.

Quam iniqui sunt patres in omnes
adolescentes iudices. qui equum
esse censent nos a pueris nasci senes. illico
neque illarum affines esse rerum quas fert

adolescentia, e sua lubidine moderarent(ur).
nunc que est, non que olim fuit. Michi in
si umquam filius erit, ne ille facili me ute-
tur patre. Nam et cognoscendi et igno-
scendi dabitur peccatis locus; non ut
meus qui michi per alium ostendit suam se-
tentiam. Nunc ait periculum ex aliis
facito tibi quod ex usu siet. perii, is mi ubi
adbibit plus paulo sua que narrat fa-
cinora. Et astutus ne ille haud scit, quam
mi nunc surdo narret fabulam. magis
nunc me amice dicta stimulant. Da
mi atque affer mi. cui quid respon-
deam, nichil habeo. neque me quisquam
est miserior. Nam hic Clinia et si is
quoque suarum rerum satagit, attamen
habet bene et pudice eductam, ignaram
artis meretricie. Mea est potens procax
magnifica sumptuosa nobilis. tum quod dem
ei recte est. Nam nichil esse mi religio est
dicere. hoc ego mali non pridem inveni,
neque etiam dum scit pater. Clinia. Clitipho.

Si mihi secunde res de amore meo
essent, iam dudum scio venissent,
sed vereor ne mulier me absente hic
corrupta sit. concurrunt multe opiniones

que nunc animum exaugeant, occasio lo
cus etas mater, cuius sub imperio est mala
cui nichil iam preter pretium dulce est. Clit.
Clinia. Clin. Ve misero michi. Clit. Etiam
caue ne uideat forte hic te a patre ali
quis exiens. Clin. Faciam. sed nescio quid
profecto animus presagit mali.
Clit. Pergin istuc, prius diiudicare
quam scias quid ueri siet. Clin. Si nichil m
ali esset, iam hic adessent. Clit. Iam aderunt.
Clin. Quando istuc erit. Clit. Non cogitas hinc
longule abesse. et nosti mores mulierum
dum moliuntur dum conantur annus est.
Clin. O clitipho timeo. Clit. Respira eccum
dromonem, cum siro una assunt tibi.

Sirus. dromo. clitipho. clinia.

Si. Ain tu. Dro. Sic est. Si. Verum interea
dum sermones cedimus, ille sunt
relicte. Clit. Mulier tibi adest, audin
clinia? Clin. Ego uero audio nunc demum
et uideo, et ualeo clitipho. Si. Mi
nime mirum adeo impedite sunt, ancillarum
gregem ducunt secum. Clin. Perii. Vnde
illi sunt ancille. Clit. Men rogas. Si. Non
oportuit relictas, portant quid rerum.
Clin. Ve michi. Si. Aurum uestem et ue
sperascit. et non nouerunt uiam.

Factum a nobis stultius est. abi dum tu dro
mo illi obviam propere. Quid stas? Clin
Ve misero michi quanta de spe decidi.
Clit Quid istuc?
Clin Rogitas quid siet? Viden tu aurum
vestem, quam ego cum una an
cillula hic reliqui. unde esse censes.
Clit Vha nunc demum intelligo. Sy Dy
boni quid turbe est. edes nostre vix capi
ent scio. Quid comedent? quid bibent?
Quid sene erit nostro miserius. Sed video
eccos quos volebam. Clin O Iuppiter
ubinam est fides? dum ego propter te er
rans patria careo demens. Tu interea
loci collo auplectasti antiphila te et me
in his deseruisti malis. propter quam in summa
infamia sum et meo patri minus sum
obsequens. cuius nunc pudet me et misere
ret qui harum mores cantabat michi
Monuisse frustra dolor neque eum potui
sse unquam abhac me expellere. quod tamen nunc
faciam. Tum cum gratum michi esse potuit
nolui. Nemo est miserior me. Sy Hic de
nostris verbis errat videlicet que hic
sumus loquuti. Clinia aliter tuum
amorem atque est accipis. Nam et vi
ta est eadem erga te et animus idem ac fuit
quantum ex ipsa re coniecturam cepimus.

Clin. Quid id est obsecro. nam mi hic nichil
rerum omnium est quod malim quam me hoc
falso suspicarier. Sy. Hoc primum ut ne
quid huius rerum ignores. anus que est dicta
mater esse ei ante hac non fuit. ea obiit
mortem. hoc ipsa in itinere altera dum
narrat forte audivi. Clit. Que
nam est altera. Sy. Mane. hoc quod cepi
primum enarrem Clitipho. post istuc
veniam. Clit. propera. Sy. Iam primum
omnium ubi ventum ad edes est. Dro
mo pulsat fores. anus quedam prodit. et
hec ubi aperuit hostium continuo se con
iecit intro. Ego consequor anus foribus
obdit pessulum ad lanam redit. hinc sci
ri potuit haud usquam alibi. Clinia quo
studio vitam suam te absente exegerit.
Ubi de improviso est interventum muli
eri. Nam ea res dedit existimandi copiam tum
cotidiane vite consuetudinem
que cuiusque ingenium ut sit declarat
maxime. texentem telam studiose ipsam
offendimus mediocriter vestitam veste
lugubri eius anus causa opinor que erat
mortua. sine auro tum ornatam ita
uti que sibi ornantur. Nulla mala re
esse expolitam muliebri capillus passus
prolixus circum caput reiectus negligenter

pax. Clin Sire mi obsecro ne me in letitiam
frustra conicias. Si Anus subtemen ne
bat / preterea una ancillula erat. ea
texebat. una pannis obsita neglecta.
inmunda illuuie. Clit Si hoc est Clinia
uera ita / ut credo / quis te est fortunati
or. Scin tu hanc quam dicas sordidatam
et sordidam. magnum quoque hoc signum
est / dominam esse extra noxiam / cum tam neglo
guntur eius internuntii. Nam disciplina
na est isdem munerarier ancillas primum
ad dominas que affectant uiam. Clin perge
obsecro te / et caue ne falsam gratiam stude
as inire. Quid ait ubi me nominas. Si
Ubi dicimus redisse te / et rogare uti ue
niret mulier ad te / telam deserit continuo.
et lacrimis opplet os totum / sibi ut facile
scires desiderio id fieri tuo. Clin pregau
dio ita me dii ament. ubi sim nescio ita
timui. Clit At ego nichil esse sciebam Cli
nia. Age dum uero Sire / dic que illa est
altera. Si adducimus tuam bachidem.
Clit hem quid bachidem? Eho scelleste.
quo illam ducas. Si Quo ego illam
ad uos scilicet. Clit ad patrem ne. Si
ad eum ipsum. Clit O hominis im
pudentem audaciam. Si heus

tu non fit sine periculo facinus magnum
et memorabile. Clit. hoc uide in mea ui
ta tu tibi laudem is quesitum scelus. Si
si paululum modo quid te fugerit. ego
perierim quid illo facias. Si. At enim
Clit. Quid enim. Si. Si sinas dicam. Clit. Sine.
Clit. Sino. Si. Ita res est nunc. hec qui mi
Clit. Quas malum ambages mi narra
re occipit. Clit. Syre uerum hic dicit. mi
tte ista atque ad rem redi. Si. Enim uero
reticere nequeo. multis modis iniuri⁹
clitiphoē. neque ferri potis ē. Clit. Audien
dum hercle est tace. Si. Quid ē. Vis a
mare. uis potiri. uis quod des illi effici tu
um eē in potiundo periculum nō uis. ha
ud stulte sapis. si quidem id sapere e-
est uelle te id quod non potest contingere.
aut hec cum illis sunt habenda. aut illa cū
his admittenda sunt. harum duarum conditio
num nunc utram malis uide. et si hoc
consilium quod cepi rectum eē et tutū scio
Nam apud patrem tua amica tecum sine
metu ut sit copia est. Tum quod illi argē
tum es pollicitus eadem hac inueniam
uia. Quod ut efficerem orando surdas ia
aures reddideras mi. Quid illud aliud
uis tibi. Clit. Siquidē hoc fit

Sy. Siquidem experiundo scies. Clit. age
age cedo istuc tuum consilium. quid id est.
Sy. Assimulabitur tuam amicam huius
esse amicam. Clit. pulchre. cedo. quid iste
faciet sua. an ea quoque dicetur huius. si una
hec dedecori est parum. Sy. Immo ad ma
trem tuam deducetur. Clit. Quid eo. Sy.
longum est clitipho. si tibi narrem
quam ob rem id faciam. vera causa est. Clit.
Fabule. nichil satis firmi uideo quam ob rem
accipere hunc mi expediat metum. Sy.
Mane habeo aliud. si istuc metuis quod a
mbo confiteamini sine periculo esse.
Clit. huiusmodi obsecro aliquid reperi.
Sy. Maxime ibo obuiam hinc. dicam
ut reuertantur domum. Clit. hem quid
dixti. Sy. ademptum tibi iam faxo. om
nem in aurem utramuis otiose ut dor
mias. Clit. Quid ago nunc. Chr. tu
ne quid boni est. Clit. Sire dic modo uerum.
Sy. age modo hodie sero ac nequiquam uo
les. Chr. datur fruare dum licet. nam nes
cias eius sit potestas posthac an numquam
tibi. Clit. Sire perge inquam. Sy. porro istuc
tamen ago. Clit. Uerum hercle istuc est. Sire sire
inquam. heus heus sire. Sy. concaluit quid

ius. Cli. Redi redi. Sy. Adsum. dic quid est.
iam hoc quoque negabis tibi placere. Cli.
Immo Syre et me et meum amorem et
famam permitto tibi. Tu es iudex. ne quid
accusandus sis vide. Sir. Ridiculum est te
istuc me admonere Clitipho. quasi istic
minor mea res agatur quam tua. hic si quid
nobis forte adversi evenerit tibi erunt
parata verba. huic homini verbera.
Quapropter hec res ne utiquam neglectui est
michi. Sed istunc exora. ut suam esse
assimulet. Clin. Scilicet facturum me esse.
in eum iam res rediit locum ut sit necesse.
Clit. Merito te amo Clinia. Sir. Verum illa
ne quid titubet. Sir. Perdocta est probe.
Clit. At hoc demiror qui tam facile potue
ris persuadere illi que solet quos spernere.
Sir. In tempore ad eam veni. quod rerum
omnium est primum. nam miserum quend
am offendi ibi militem eius noctem or
antem. hoc arte tractabat virum. ut illius
animum cupidum inopia incenderet
eademque ut esset apud te ob hoc quam grati
ssima. Sed heus tu vide sis ne imprudens
ruas. patrem novisti ad has res quam
sit perspicax. Ego autem te novi quam esse sole
as impotens. inversa verba. eversas

hem

6

ructare tuas gemitus screatus tussis risus
abstine. Cli. Laudabis. Sy. Vide sis. Cli.
Tutemet mirabere. Sy. Sed quam cito sunt se-
cute mulieres. Cli. Ubi sunt? cur retines.
Sy. Iam non est nunc haec tua. Cli. Scio apud
patrem at nunc interim. Sy. Nichilo ma-
gis. Cli. Sine. Sy. Non sinam inquam.
Cli. Queso paulisper. Sy. Veto. Cli. Saltem
salutare. Sy. Abeas si sapis. Cli. Eo. quid
istic. Sy. Manebit. Cli. O hominem felicem.
Sy. Ambula. Bachis. Antiphila. Clinia. Sirus.

ant. ba. Edepol te mea Antiphila laudo et
fortunatam iudico. id cum studuisti
forme ut mores consimiles forent. mi-
nimeque ita me dii ament miror si te
sibi quisque expetit. Nam mi quale inge-
nium haberes fuit indicio oratio. Et cum ego-
nc met mecum in animo vitam tuam considero
omniumque adeo vestrarum vulgus que
abse segregant. et vos esse istius modi
et nos non esse haud mirabile est. Nam ex-
pedit bonas esse vobis. nos quibus cum est res
non sinunt. Quippe forma impulsi no-
stra nos amatores colunt. Hec ubi
mutata est. illum suum animum alio con-
ferunt. nisi prospectum interea aliquid
nobis est. deserte vivimus. vobis cum

uno simul ubi etatem agere decretum
est uiro cuius mos maxime est consi
milis urum. hi se ad uos applicant.
hoc beneficio utrumque ab utrisque uo deuin
cimini. Vt numquam ulla amori uestro
incidere possit calamitas. an. Nescio
alias me quidem semper scio fecisse
sedulo ut ex illius commodo meum com
pararem commodum. cli. Vah ergo
mea antiphila tu nunc sola reducem
me in patriam facis. Nam dum abs te
absum omnes mi labores fuere quos cepi
leues preterquam tui carendum quod erat.
Si. Credo. cli. Sire uix suffero. hocine
me miserum non licere meo modo in
genio frui. an. Imo ut patrem tuum
uidi esse habitum diu et duras dabit.
ba. Quisnam hic adolescens est qui
intuetur nos. an. Retine me obsecro. ah
ba. amabo quid tibi est. an. disperii
misera. ba. Quid stupes antiphila.
an. Videon cliniam an non. ba. Quem
uides. cli. Salue anime mi. an. O mi
expectate clinia salue. cli. Vt uales.
an. Saluum te aduenisse gaudeo. cli.
Teneo te antiphila animo expecta

ta meo. Sy. Ite intro. nam uos iam dud
um expectat senex. Cremes. Menedemus.

LVcescit hoc iam. cesso pulsare ho
stium uicini. primum ex me ut sci
at sibi filium redisse. Etsi adolescentem
hoc nolle intelligo. Verum cum uideam
miserum hunc tam cruciarier eius
abitu celem tam insperatum gaudium.
cum illi pericli nihil ex indicio siet. hau
ud faciam. Nam quod potero adiuuabo
senem. ita ut filium meum amico atque
equali suo uideo inseruire. et socium
esse in negociis. Nos quoque senes est equum se
nibus obsequi. Me. Aut ego profecto in
genio egregie ad miseriam natus
sum. aut illud falsum quod uulgo audio
dici. diem adimere egritudinem homi
nibus. Nam mihi quotidie augescit magis
de filio egritudo. et quanto diutius
abest magis cupio tanto et magis de
sidero. Cre. Sed ipsum foras egressum
uideo. Ibo atque alloquar. Menedeme
salue. nuncium apporto tibi cuius
maxime te fieri participem cupis. Me.
Numquid de gnato audisti Creme.
Cre. Valet atque uiuit. Me. Vbinam est quaeso.
Cre. Hic apud me domi. Me. Meus.

gnatus. CH. Sic est. ME. Venit. CH. Certe.
ME. Clinia meus. CH. Dixi. ME. Eamus
duc me ad eum obsecro. CH. Non vult
te scire se redisse, et tuum conspectum fu
gitat. propter peccatum. Tum hoc timet
ne tua duritia, illa antiqua et adau
cta siet. ME. Non tu ei dixisti ut essem.
CH. Non. ME. Quamobrem Chreme. CH.
Quia pessume istuc in te atque in illum consu
lis, si te tam leni et victo animo esse
ostenderis. ME. Non possum, satis iam
satis pater durus fui. CH. Ah vehemens
in utramque partem Menedeme es ni
mis, aut largitate nimia aut parsi
monia, in eandem fraudem ex hac re
atque ex illa incides. Primum olim potius
quam paterere filium commetare ad
mulierculam, que paulo tum erat
contenta. Cuique erant grata omnia
proterruisti hinc. Ea coacta ingratiis.
postilla cepit victum vulgo querere.
Nunc cum sine magno detrimento
non potest haberi, quidvis dare cupis. Nam
ut tu scias, quam ea nunc instructa pulchre
ad perniciem siet. primum iam ancillas
adduxit secum. plus decem oneratas

tus veste atque auro. Satrapes si siet a-
mator, numquam sufferre eius sumptus queat, nedum tu possis. ME. Estne ea intus?
CH. Sit rogas? sensi. nam unam ei ce-
nam atque eius comitibus dedi. quod si
iterum mihi sit danda, actum siet. Nam ut
alia omittam, pytissando modo mihi quid
vini absumpsit. sic hoc dicens. asperum
pater hoc est. aliud lenius, sodes, vide.
relevi dolia omnia, omnis serias. omnes
habui sollicitos. atque haec una nox. Quid
te futurum censes, quem assidue exe-
dent? Sic di me amabunt ut me tuarum
miseritum est, Menedeme, fortunarum.
ME. Faciat quod lubet, sumat, consumat, per-
dat, decretum est pati. dum illum modo habe-
am mecum. CH. Si certum est tibi sic facere,
illud permagni referre arbitror, ut ne
scientem sentiat te id sibi dare. ME. Quid
faciam? CH. Quidvis potius quam quod cogit-
as. per alium quemvis ut des, falli te si-
nas technis per servulum. Et si subsensi id
quoque, illos ibi esse, id agere inter se clanculum.
Syrus cum illo vostro consusurrat, confe-
runt consilia adolescentes. Et tibi per-

dece talentum hoc pacto satius est quam
illo minam. Non nunc de pecunia agi-
tur / sed illud quomodo minimo periclo
id demus adolescentulo. Nam si sem-
el tuum animum intellexerit prius prodi-
turum te tuam vitam / et prius pecuniam
omnem / quam abs te amictas filium. hui quan-
tam fenestram ad nequitiam patefeceris
Tibi autem porro ut non sit suave vivere.
Nam deteriores omnes sumus licentia
quod cuique inciderit in mentem volet.
Neque id putabit pravum an rectum quod
petet. Tu rem perire et illum non poteris
pati. dare denegaris. ibit ad illum
illico / qui maxime / apud te se valere
sentiet. abiturum se abs te illico mini-
tabitur. me. Videre verum. atque ita ut
res est facere. cre. Somnum hercle ego — al' dicere
hac nocte oculis non vidi meis. dum id
quero tibi. qui filium restituerem.
me. Cedo dextram porro te oro idem ut
facias chreme. cre. paratus sum. me.
scin quid nunc facere te volo. cre. dic.
me. Quod sensisti illos me incipere
fallere id ut maturent facere. cupio
illi dare quod vult. cupio ipsum iam videre

Cre. Operam dabo. Sirus est apprenden-
dus atque adortandus mi. A me nescio quis
exit. concede hinc domum, ne nos inter
nos congruere sentiant. Paulum hec
negocii michi obstat. Simus et Crito
uicini nostri hic ambigunt de finibus
me cepere arbitrum. Ibo ac dicam ut
dixeram operam daturum hodie non
posse his dare contin ...ciaz fingit. Sy.
...tere
uo hic adero. Me. Ita quaeso. Di ue-
stram fidem itan comparatam esse
hominum naturam omnium, aliena
ut melius uideant et iudicent quam sua.
An eo hoc fit, quia in re nostra aut ga-
udio sumus prepediti nimio, aut eg-
ritudine. Hic mihi quanto nunc plus sapit
quam egomet mihi. Cre. Dissolui me otiosus
operam ut tibi darem. Sirus. Chremes.
Si. Hac illac circumcursa, inueniundu-
m tamen argentum, intendenda in senem
est fallacia. Cre. Num me fefellit hosce
id struere? uidelicet ille Clinie, seruus
tardiusculus est. Idcirco huic no-
stro tradita est prouincia. Si. Quis
hic loquitur? perii. num nam hec audi-
uit. Cre. Sire. Si. Hem. Cre. Quid tu istic.

Sy. Recte quidem te demiror Creme tam
mane qui heri tibi biberis. Cr. Nichil
nimis. Sy. Nichil narras / visa uero est
quod dici solet aquile senectus. Cr. Eya
Sy. Mulier commoda et faceta hec me
retrix. Cr. Sane idem visa est michi
Sy. Et quidem hercle forma luculenta
Cr. Sic satis. Sy. Ita non ut olim sed
[illegible] uti nunc sane bona.
[illegible] minimeque miror clinia hanc si de
perit. Sed habet patrem quendam auidum
miserum atque aridum. Vicinum hunc
nostin. Cr. atqui si is nunc diuitis
Kindque gnatus eius profugit inopia.
scis esse factum ut dico. Cr. Quid ego
nesciam. hominem pistrino dignum
Sy. Quem. Cr. Istum seruulum dico a
dolescentis. Sy. Sire tibi timui ma
le. Cr. Qui passus est id fieri. Sy. Quid
facerer. Cr. Rogas. aliquid reperi
ret fingeret fallacias. Vnde esset ado
lescenti amice quod daret. atque hunc
difficilem inuitum seruaret senem.
Sy. Garris. Cr. hec facta ab illo opor
tebant Sire. Sy. Eho queso. laudas
qui heros fallunt. Cr. In loco ego

uero laudo. Sy Facete ſane. Ct Etenim quam ipſe
magnarum ipſe / ſepe id remedium egritu
dinum eſt. tam huic manſiſſe unicum
gnatum domi. Sy Te cum an ſcio ille d
aut neſcio. niſi me quidem addit animum
quo lubet magis. Ct Et nunc quid ex
pectat ſire / an dum hinc denuo abeat cum
tolerare illius ſumptus non queat / Non
ne ad ſenem / aliquam fabricam fingit. Sy
Stolidus eſt. Ct At te adiutare oportet
adoleſcentuli cauſa. Sy Facile equidem facere
poſſum ſi iubes. etenim quo pacto id fi
eri ſoleat / calleo. Ct Tanto hercle meli
or. Sy Non eſt mentiri meum. Ct Fac ergo.
Sy At heus tu facito / dum eadem hec me
mineris / ſi quid huius ſimile forte ali
quando euenerit / ut ſunt humana / tuus
ut faciat filius. Ct Non uſu ueniet
ſpero. Sy Spero quoque ego hercle / neque
eo nunc dico / quo quicquam illum ſenſerim,
ſed ſi quid neque que ſit / eius etas uide
es. et ne ego te ſi uſus ueniat
magnifice Creme tractare poſſim. Ct
De iſtoc cum uſus uenerit uidebimus
quid opus ſit / nunc iſtuc age. Sy Nunquam
commodius / unquam herum audiui loqui nec

cum malefacerez / crederem mi ipu
nius licere. quis nam a nobis egredi
tur foras. Chremes. clitipho. Syrus.
Ch. Quid istuc queso / quid iste mos e
clitipho. ita ne fieri oportet. cli.
Quid ego feci. Ch. Vidin ego te modo
manuz in sinuz huic meretrici iserere?
Sy. Acta hec res / perij. Clit. Mene. Ch.
hisce oculis ne nega. facis adeo i dig
iniuriaz illi. qui no abstineas man
uz. Nam ista quidez contumelia e ho
minez amicuz recipere. ad te / atque eo
amicitaz sollicitare. Et heri in uino q i
modestus fuisti. Sy. factuz. Ch. q
molestus / ut quidem ita me dij ament
metui qd futuruz denique eet. Noui ego
amantium aiuz / aduortunt grauiter
que no censeas. Clit. At mi fides apud
hunc e. nichil me istius facturuz pat.
Ch. Esto at certe concedas aliquo ab ore
eorum aliquantisper. Multa fert libi
do. ea prohibet facere tua psentia.
Ego de me facio coniecturaz. Neo
e meoy amicoy hodie / apud quez
expromere omnia occulta / clitipho
audeam. apud aliuz prohibet digni
tas / apud aliuz ipi facti pudet / ne in

ineptus es. protinus videat, qd' illum
facere credito. Sed est nostrum intellige(re).
utrumque atque ubi quicque opus sit, obseq(ui).
Sy. Quid istic narrat. Cli. Perii. Sy.
Clitipho hoc ego precipio tibi. homi-
nis frugi et temperantis functus
sis officium. Cli. Tace sodes. Sy. Recte
sane. Chr. Sire pudet me. Sy. Credo neque
id iniuria, quin michi molestum.
est. Cli. Pergin hercle. Sy. Verum dico
qd' videtur. Cli. Non ne accedam ad
illos. Chr. Eho quaeso una accedendi
via est. Sy. Actum est, hic prius se in-
dicaverit, quam ego argentum effero Crem(e).
vin tu homini stulto mi auscultare.
Chr. Quid faciam. Sy. Iube hunc abi-
re hinc aliquo. Cli. Quo ego hinc
abeam. Sy. Quo lubet. da illis locum.
abi deambulatum. Cli. Deambula-
tum quo. Sy. Vah quasi desit locus. abi
sane istac istorsum quouis. Chr. Rec-
te dicit censeo. Cli. Di te eradicent
qui me hinc extrudis. Sy. At tu pol
tibi istas posthac comprimito manus.
censen vero. quid illum porro credis
facturum Creme, nisi illum quantum tibi
opis di dant, servas castigas mones.

plus Ch. Ego istuc curabo. Sy. Atque hercle tibi
nunc adseruandus est. Ch. Fiet. Sy.
Si sapias. nam michi iam minus
minusque obtemperat. Ch. Quid tu?
Ecquid de illo quod dudum tecum egi
Egisti, Syre? aut reperisti tibi quod
placeat, an non dum etiam? Sy. De falla
cia dicis? hem inveni quandam nup
Ch. Frugi es. cedo. Quid id est? Sy. Dicam
verum ut aliud ex alio incidit. Ch.
Quid nam est? Sy. Pessima hec est mere
trix. Ch. Ita videtur. Sy. Immo si scias
hoc. vide quod inceptat facinus. Fuit
quedam anus corinthia hic. huic dra
gmarum argenti hec mille dederat
mutuum. Ch. Quid tum? Sy. Ea mortua
est. reliquit filiam adolescentulam
Ea relicta huic arraboni est pro illo ar
gento. Ch. Intelligo. Sy. Hanc secum
huc adduxit, ea que est nunc apud uxo
rem tuam. Ch. Quid tum? Sy. Cliniam
orat sibi uti nunc det, illam illi tamen post
daturum mille nummum poscit. Ch.
hui Et poscit quidem? Sy. dubium ne id est?
Ch. Ego sic putavi. quid nunc facere
cogitas? Sy. Ego ne? ad Menedemum ibo
dicam hanc esse captam ex Caria

ditem & nobilem si redimat magnum id
ea ee lucrum. Ch Erras. Sy Quid ita. Ch
pro menedemo. ego nunc tibi respondeo. Non
emo. quid agis. Sy Operam loquere. Ch
Atqui non est opus. Sy Non opus est. Ch Non
hercle vero. Sy Quid istuc miror. Ch Iam scies
mane mane. quid est quod tam a nobis
graviter crepuere fores. So Sostrata Chremes Syrus nutrix
yach. So Nisi me animus fallit hic profectus est
anulus quem ego suspicor is qui
cum exposita est gnata. Ch Quid vult sibi
Syre hec oratio. So Quid est. isne tibi videtur
Nu Dixi equidem ubi mi ostendisti ili
co eum ee. So At ut satis tuo contemp
lata sis mea nutrix. Nu Satis. So Abi
nunc iam intro atque illa si iam laverit
michi nuntia. hic ego virum interea
operibor. Sy Te vult. videas quod velit.
nescio quid tristis est. non temere est
metuo quid sit. Ch Quid siet. ne ista
hercle magno iam conatu magnas
nugas dixerit. So Hem mi vir. Ch Hem
mea uxor. So Te ipsum quero. Ch Loquere
quid velis. So Primum hoc te oro. nequid
credas me advorsum edictum tuum facere
esse ausam. Ch Vis me istuc tibi. etsi incre
dibile est credere credo. Sy Nescio quid
portat peccati hec purgatio. So Memi

nustin me esse gravidam? et mihi te maximo
opere interminatum, si puellam parerem no
lle tolli. CHR. Scio quid feceris: sustulisti. SY.
Sic est factum domina: ergo herus damno
auctus est. SO. Minime. Sed erat hic anus
corinthia haud impura. ego dedi ei
exponendam. CHR. O Iuppiter tantam
esse in animo inscitiam! SO. Perii quid
ego feci. CHR. At rogitas? SO. Si peccavi
mi Chreme insciens feci. CHR. Id quidem
ego, et si tu neges, certe scio te inscientem
atque imprudentem dicere ac facere
omnia. tot peccata in hac re o
stendis. Nam iam primum si meum
imperium exequi voluisses, interem
ptam oportuit. Non simulare mor
tem verbis, re ipsa spem vite dare.
At id omitto. misericordia, animus maternus
sino. Quam non bene abs te prospectum est.
Quid voluisti? [illegible] cogita. Nempe a
nui illi prodita abs te filia est, planis
sime parte vel uti veniret palam, vel
uti questum faceret. Credo id cogita
sti. quidvis satis est dum vivat m
odo. quid cum illis agas qui neque ius
neque bonum atque equum sciunt, melius
peius, prosit obsit, nichil vident nisi quod
lubet. SO. Mi Chreme peccavi fateor.

inter nos. nunc hoc te obsecro, quanto
tuus animus est natu gravior, ignoscen-
tior, ut meae stultitiae in iustitia tua sit
aliquid presidii. CH. Scilicet equidem
istuc factum ignoscam. Verum Sostra-
ta male docet te mea facilitas multa.
Sed istuc quicquid est, qua hoc occeptum
est causa loquere. SO. Ut stultae et
misere omnes sumus religiosae, cum expo-
nendam do illi, de digito anulum detr-
al' et aho. et eum dico una cum puella expo-
neret, si moreretur, ne expers partis
esset de nostris bonis. CH. Istuc recte
conservasti te atque illam. SO. Hic is est
anulus. CH. Unde habes? SO. Quam
Bachis secum adulescentulam adduxit.
SY. hem. CH. Quid ea narrat? SO. Ea
lavatum dum it servandum mihi dedit a-
nulum, non advorti primo, sed postquam a-
spexi, ilico cognovi, ad te exilui. CH.
Quid nunc suspicare aut invenis de
illa? SO. Nescio nisi ut ex ipsa quaeras
unde hunc si potis est reperiri. SY. Interii.
plus spei video quam volo. nostra est si ita
est. CH. Vivitne illa cui tu dederas?
SO. Nescio. CH. Quid renuntiavit olim
al' iusse ram fecisse? SO. Id quod miseram. CH. Nomen
mulieris cedo, quid sit ut quaeratur.
SO. Philterae. SY. Ipsa est, mirum ni illa.

salua ē & ego perii. cle. Sostrata sequere
me intro hac. ch. Ut praeter spem euenit
quam timui male ne ne animo ita essem
seq duro ut olim in tollenda erem. cle.
Non licet hominem sepe ēē ita ut uult
si res nō sinit. nunc ita tempus ē michi
ut cupiam filiam olim michi minus.

Sirus

Nisi me animus fallit haud mult
um a me aberit infortunium. Ita
al' acre hercle in angustum loco oppido nunc me
cogitur nisi aliquid uideo ne ēē amicam
hanc gnati resciscat senex. Nam quod de
argento sperem aut posse postulem me
fallere nichil est. triumpho si licet me
latenter e tecto ascendere. Cruciat bo
lum tantum mi ēē ereptum tam subito
ex faucibus. quid agam aut quid commi
niscar. ratio de integro ineunda est mi.
Nichil tam difficile est quin querendo
inuestigari possiet. Quid si hoc sic in
cipiam. nichil est. quid si sic. tantundem
de integro. at sic opinor non potest. e
Immo optumum e. Euge optimam heo.
retraham hercle ut opinor ad me / i
dem illud fugitiuum argentum tame.

clinia. Sirus

Nulla mi res posthac pot iam inte
ruenire tanta que mi egritudi
nem afferat. tanta hec leticia obo

tiest. Credo patri me nunciam ut
frugalior sim quam volt. Sy. Nichil me
fefellit. Cogitata est. Quantum audio
huius verba. Istuc tibi ex sententia ob
tigisse letor. Cli. O mi Sire audistin
obsecro. Sy. Quidni. qui usque una af
fuerim. Cli. Cui eque audisti commode
quicquam evenisse. Sy. Nulli. Cli. Atque
ita me dii ament. ut ego nunc. non
tam me apte causa letor quam illius
quam ego scio esse honore quovis di
gnam. Sy. Ita credo. Sed nunc clima
age da te michi vicissim. Nam amica
quoque res est videnda. in tuto collocetur.
nequid de amica ut nunc senex. Cli.
O Iupiter. Sy. Quiesce. Cli. Antiphila
mea nubet michi. Sy. Sicine mi interlo
loquere. Cli. Quid faciam. mi Sire
gaudeo. fer me. Sy. Fero hercle vero.
Cli. Deorum vitam adepti sumus. Sy. Fru
stra operam hanc opinor sumo.
Cli. Loquere audio. Sy. At iam hoc
non ages. Cli. Agam. Sy. Videndum
est inquam. amica quoque res clinie tuta.
in tuto ut collocetur. Nam si nunc
a nobis abis. et bachidem hinc relinquis
noster resciscet. illico esse amicam hanc

clitiphonis. Si abduxerit celabit itidem
ut celat adhuc est. Cli At enim istoc
nichil est magis sire meis nuptiis ad
uorsum. Nam quo ore appellabo pa
trem. tenes quid dicam. Si Quid ni
Cli Quid dicam. quam causam afferam.
Si Quin nolo mentiare. aperte ita
ut res sese habet narrato. Cli Quid ais.
Si Iubeo te illam amare. et uelle ux
orem hanc esse clitiphonis. Cli Bonam
atque iustam rem oppido imperas. et
factum facilem et scilicet iam me hoc
uoles patrem exorare. ut celet senem
uostrum. Si Immo ut recta uia rem
narret ordine omnem. Cli Hem satin
sanus es. an sobrius. tu quidem illum
plane perdis. Nam qui ille poterit esse
in tuto dic mihi. Si Huic equidem con
silio palmam do. hic me magnifice
effero. qui uim tantam in me et po
testatem habeam. tante astutie uera
dicendo. ut eos ambos fallam. ut cum
narret senex uester nostro istam
esse amicam gnati. non credat tamen.
Cli At enim spem istoc pacto rursum
nuptiarum omnem eripis. Nam dum

amicam hanc meam esse credat non
commutetque filiam. tu fortasse quid me
fiat parvi curas dum illi consulas. Si
Quid malum me tandem censes velle.
Id assimulare eius unus est dies dum ar
gentum eripio pax nichil amplius.
Cli Tantum sat habes. quid tum queso
si pater resciverit. Si Quid si redeo
ad illos qui aiunt. quid si nunc celum
ruat. Cli Metuo quid agam. Si Me
tuis. quasi non ea potestas sit tua. quo
al' exsol vas velis in tempore ut te exsolvas. rem fa
teas palam. Cli Age age traducatur b
acchis. Si Optime ipsa exit foras.

bacchis. clinia. frigia. sirus. dromo

ba S Atis pol proterve me siri promissa.
huc adduxerunt. decem minas.
quas mihi dare pollicitus es. quod si is nunc
me deceperit. sepe obsecrans me ut veni
am. frustra veniet. aut cum venturam
dixero. et constituero. cum is certe re
nuntiarit. clinipho cum spe pendebit a
nimi. decipiam ac non veniam Sirus mihi ter
go pendet penas. Cli Satis scite pmi
ttit tibi. Si Atque tu aut iocari credis.

al' calleo. friaque nisi caueo. Ba. dormiunt. ego p
ol istos commouebo. mea frigia aud
sin. modo homo iste quam nullam demostra
Fid' o' uit carini. Si. Audiui. Ba. Pyrimam
esse huic fundo addexteram. Fi. Memini
Ba. Curriculo percurre apud eam. mi
les dionisia agitat. Si. Quid hec incep
ptat. Ba. dic me hic opido esse inuitam
atque seruari uerum aliquo pacto
uerba his daturam esse et uenturam.
Si. perii hercle. mane mane quo mi
cus istam queso iube maneat. Ba.
abi. Si. Quum est paratum argentum.
Ba. Quin ego hic maneo. Si. atque il
lam dabitur. Ba. Vt lubet. num ego
insto. Si. At scin quid sodes facias. Ba
Quid. Si. Transcurrendum tibi ad me
redeundum est et tota pompa contra
ducenda est. Ba. Quam rem agis
scelus. Si. Ego scelus? argentum
cedo quod tibi dem. Ba. dignam me
putas quam illudas. Si. Non est temere.
Ba. Et ne tecum hic res mihi est. Si.
Minime tuum tibi reddo. Ba. Eatur.
Si. Sequere hac. heus dromo. Dro. Quis
me uolt. Si. Sirus. Dro. Quid est rei

Sy. Ancillas omis bachadi traducite huc ad
ad nos ppere. Chr. Quamobrem. Sy. Ne
queras/ q̃ efficiant/ que factum huc attu
lerunt. Sperabit sumptum sibi senex
leuatum ee harum abitu. Ne ille haud
scit hoc paululum lucri quantum ei dam
ni apportet. Tu nescis id qđ scis. Dromo
si sapis. Dro. Mutum dices. Cremes senex

Ita me dii amabunt/ ut nunc mene
demi uicem miseret tm̃ deuenisse
ad eum mali. Illancine mulierem ale
cum illa familia/ et si scio hosce aliquot
dies/ non sentiet/ ita magno desiderio
fuit ei filius. Verum ubi uidebit tantos
sibi sumptus domi quotidianos fieri/
nec fieri modum/ optabit rursum ut a
beat a se filius. Syrum optume eccum.
Sy. Cesso hunc adoriri. Chr. Syre. Sy. hem
Chr. quid est. Sy. Te mihi ipsum iam dudum
expectabam dari. Chr. Videre egisse
iam nescio quid cum sene. Sy. De illo qđ
dudum. dictum ac factum reddidi. Chr.
Bona fide. Sy. Bona hercle. Chr. Non po
ssum pati/ quin tibi caput demulceam
accede huc syre faciam tibi boni aliqd
pro ista re ac lubens. Sy. At si scias/ quam

facete michi in mentem venerit. Ch. At vah
gloriare euenisse ex ſnīa. Sy. Non h̄cle
uero uerbum dico. Ch. Dic quid eſt.
Sy. Tuus clitiphonis ēē amicam hanc
bachidem menedemo dixit clinia et
ea grā ſecum adduxiſſe, ne tu id per
ſentiſceres. Ch. probe. Sy. dic ſodes.
Ch. Nimium inquam. Sy. Immo ſic
ſatis. ſz porro auſculta. qđ ſupeſt
fallacie ſeſe ipſe dicet tuam uidiſſe
filiam, ei ſibi complacitam formam,
poſtquam aſpexerit, hanc ſe cupere uxo
rem. Ch. Modo ne que inuenta ē. Sy.
Eam et quidem iubebit poſci. Ch.
Quamobrem iſtuc Syre. nam pſus
nichil intelligo. Sy. hui tardus es. Ch.
fortaſſe. Sy. argentum dabitur ei
ad nuptias aurum. atque ueſtem quiq;
per tenes nec. Ch. Comparet. Sy. Id
ipſum. Ch. at ego illi nec do. nec deſpō
deo. Sy. Non. quobrem. Ch. Quobrē
me rogas. homini. Sy. Ut lubet. nō
ego perpetuo dicebam. ut illam illi da
res uerum ut ſimulares. Ch. Non mea
eſt ſimulatio. ita tu iſtec tua miſceto
ne me admiſceas. egon cui daturus

non sum ut ei despondeam? PH. Credebam.
LA. Minime. PH. Sed quid poterat fieri?
et ego hoc, quod dudum tu tantopere e-
nisseras, concepi. LA. Credo. PH. Certum
equidem istuc arcemes? quid boni
factio. LA. Atqui tu maxime volo
te dare operam ut fiat, verum alia via.
PH. Fiat, quaeratur aliud. Sed illud quod
tibi dixi de argento quod ista debet
Bacchidi, id nunc reddendum est illi.
nam salicas eo nunc subterfugi. Quid
meam? num michi datum est? num
iussi? num illa oppignorare filiam
meam me invito potuit? Verum
illud tremere dicunt: ius summum saepe
summa malitia est. LA. Haud faciam.
PH. Immo alios filios tibi non licet: omnes
te in lauta et bene acta parte putant.
LA. Quin egomet iam ad eam deferam.
PH. Immo filium iube potius. LA. Quam
ob rem? PH. Quia enim in hunc suspicio
translata est amoris. LA. Quid tum?
PH. Quia videbitur magis verisimile
id esse, cum hic illi dabit. Et simul conficiam
facilius ego quod volo. ipse adeo ad-
est. abi, affer argentum. LA. Affero.

j. cli

clitipho. sirus.

Nulla est tam facilis res quin diffi-
ciles siet. quam invitus facias.
Vel me hec deambulatio quam non
laboriosa ad langorem dedit. Nec quic-
quam nunc magis metuo quam ne denuo
miser aliquo extrudar hinc ne acce-
dam ad Bachidem. Ut te omnes quidem
dii deeque quantum est Sire cum tuo
istoc invento cumque incepto perduint.
huiuscemodi res semper comminiscere.
excogitas. ubi me excarnifices.
Si. I tu hinc quo dignus es quam pene
tua me perdidit protervitas. Clit. Vel-
lem hercle factum ita meritus es. Si.
Meritus quomodo? ne me istuc ex
te prius audivisse gaudeo quam ar-
gentum haberes quod daturus iam fui.
Clit. Quid igitur tibi vis dicam. abisti
michi amicam adduxti quam non
liceat tangere. Si. Iam non sum
iratus. Sed scin ubi nunc sit tibi
tua Bachis. Clit. Apud nos. Si. Non.
Clit. Ubi ergo. Si. Apud Cliniam. Clit.
Perii. Si. Bono animo es. Iam ar-
gentum ad eam deferes. quod es pol-
licitus. Clit. Garris. Unde. Si. A
tuo patre. Clit. Ludis fortasse me.

Sy. Ipsa re experibere. Cli. Ne ego homo
sum fortunatus. deamo te Sire. Sy.
Quantum id fiat obsecundato in loco. Sed
pater egreditur. cave quicquam admira
tus sies. quod imperabit facito. loqui
tor paucula. Chremes. clitipho. Sirus.

Ubi nunc clitipho est. Sy. Eccum me
inque. Cli. Eccum hic tibi. Chr.
Quid rei esset dixtin huic. Sy. dixi ple
raque omnia. Chr. Cape hoc argentum
ac defer. Sy. I quid stas lapis. quin
accipis. Cli. Cedo sane. Sy. Sequere
hac nunc ocius. Cli. Sequor. Sy. Tu
hic nos dum eximus interea opperi
bere. Nam nichil est illic quod moremur
diutius. Chr. Minas quidem iam de
cem habet filia. quas pro alimentis
nunc duco datas. hasce ornamentis
consequentur alterae. porro hec talen
ta dotis apposcent duo. quam multa in
iusta ac prava fiunt moribus. mihi nunc
relictis rebus inveniundus est ali
quis labore inventa mea cui dem
bona. Menedemus. Chremes.

Multo omnium me nunc fortu
natissimum factum puto esse gn
ate. cum te intellego resipisse. Chr.

ch. Vtrum iat. Me. Teipsum querebam cre
me. Serua quod in te est filium et me
et familiam. ch. Cedo quidvis faciam.
me. Inuenisti hodie filiam. ch.
Quid tum. me. hanc uxorem sibi
dare uolt clinia. ch. Queso quid ho
minis es. me. Quid. ch. Iam ne obli
tus es. inter nos quid sit dictum de fa
llacia, ut ea uia abs te argentum
auferretur. me. Scio. ch. Ea res nunc
agitur ipsa. me. Quid dixti creme.
erraui: re acta est quanta de spe
decidi. ch. Et quidem hec que apud
te est clitiphonis est amica. me. Ita
aiunt. ch. Et tu credis. me. Omnia.
ch. Et illum aiunt uelle uxorem
ut cum desponderim, des qui aurum
et uestem, atque alia que opus sunt com
paret. me. Id profecto, id amice
dabitur. ch. Scilicet daturum. me.
Vah frustra igitur sum gauisus
miser. quidvis tamen iam malo quam hunc
amittere. Quid nunc renuntiem
abs te responsum. chreme. ne
sentiat me sensisse, atque egre ferat.
ch. Egre nimium illi menedeme in
dulges. me. Sine: inceptum est perfice

hoc in perpetuo tremere. CH. dic conuenisse.
egisse te de nuptiis. ME. dicam. quid
deinde? CH. me facturum esse omnia.
generum placere. postremo etiam si u-
oles, desponsam quoque esse dicito. ME. hem
istuc uolueram. CH. tanto ocius te
ut poscat, et tu id quod cupis quam ocissime
ut des. ME. cupio. CH. ne tu propediem
ut istam rem uideo istius obsatura-
bere. sed hec ut sunt cautim et paulatim
dabis si sapies. ME. faciam. CH. abi
intro, uide quid postulet. ego domi
ero si quid me uoles. ME. sane uolo
nam te scientem faciam quicquid egero.

Menedemus. Chremes. Clitipho. V. act.

ME. Ego me non tam astutum neque ita
perspicacem esse, id certe scio. sed
adiutor meus et monitor et premonstra-
tor Chremes. hoc mihi prestat in me quid-
uis harum rerum conuenit que
sunt dicta in stulto. caudex, stipes, asi-
nus, plumbeus. in illum nichil potest.
Nam exsuperat eius stultitia hec omnia.
CH. Ohe iam desine deos, uxor, gra-
tulando obtundere, tuam esse gna-
tam, nisi illos ex tuo ingenio iu-
dicas ut nichil credas intelligere

nisi si idem dauusq; sit cerintes. Sed
lſorem hanc emptam eſſe ait. De
non tu eum rus hinc modo produxiſſe

acebas? Sy. Factum ē. Venit post ue
nit insaniens. nichil pepercit. nō pu
duit se uerberare hominem senem, quē
ego puerulum tantillum in manibus
gestaui meis. De. Laudo ctesipho pa
trissas abi uirum te iudico. Sy. lauda
ne? ille continebit posthac si sapiet
manus. De. Fortiter. Sy. perquam quia
miseram mulierem. et me seruulum
qui referire non audebit uicit hui
perfortiter. De. Non potuit melius.
idem sensit quod ego, te ee huic rei ca
put. Sed est ne frater intus. Sy. nō ē.
De. Ubi illum queram cogito. Sy. Scio
ubi sit uerum hodie nunquam monstra
bo. De. hem quid ais. Sy. Ita. De. dimi
nuetur tibi iam quidem cerebrum. Sy.
At nomen nescio illius hominis, sed locum
noui ubi sit. De. Dic ergo locum. Sy.
nostin porticum hanc apud macellum
deorsum. De. Quidni nouerim? Sy.
preterito hac recta platea sursum.
ubi ueneris eo cliuus deorsum uersum
est. hac te precipitato postea ē ad hanc
manum sacellum. ibi angiportum propter
est. De. Quodnam. Sy. Illic ubi est
caprificus magna est nostin. De. Noui.

Si Hac pergito. De. Id quidem angipor
tum non est pervium. Si Verum hercle.
Vah censen hominem me esse erravi. in
porticum rursum redi. Sane multo hac
propius ibis, et minor est erratio. Satin
cratini huius ditis edes. De. Scio. Si
Ubi eas preterieris ad sinistram hac re
cta platea ubi ad templum diane ve
neris, ito ad dexteram prius quam ad por
tam venias, apud ipsum locum est pistril
la, et adversum fabrica ibi est. De. Quid
ibi facit. Si Lectulos in sole ilignis
pedibus faciundos dedit. Ubi potetis vos.
De. Bene sane, sed cesso ad eum pergere.
Si I sane. ego te hodie exercebo. ut
dignus es silicernium. Eschinus odiose
cessat, prandium corrumpitur. Ctesi
pho autem in amore est totus. ego iam pro
spiciam michi. Nam iam adibo atque
unumquodque quod quidem erit bellis
simum carpam, et ciatos sorbillans
paulatim, hunc producam diem.

Mitio. Hegio.

Ego in hac re nichil reperio quam ob
mi. rem lauder tantopere Hegio meum
officium facio. quod peccatum a nobis
ortum est corrigo. nisi me in illo cre
didisti esse hominum numero, qui ita putant

sibi fieri iniuriam / ultro si quam fecere
ipsi expostulant. Qui ultro accusant an-
te quam non est a me factum / agis gratias. Eg
Ah minime / numquam te aliter / atque es in animum
induxi meum. Sed queso ut una mecum ad
matrem virginis eas intro / atque istec ea-
dem que mihi dixit / tute dicas mulieri.
suspicionem hanc propter fratrem eius que
illam psaltriam. Mi Si ita equum cen-
ses / aut si ita opus est facto eamus.
Eg Bene facis / nam et illi animum iam rele-
vabis / que dolore ac miseria tabescit / et
tuo officio fueris functus. Sed si aliter
putas / egomet narrabo que mihi dixit. Mi
Immo ego ibo. Eg Bene facis omnibus / quibus
res sunt minus secunde / magis sunt / nescio quo
modo / suspiciosi ad contumeliam omnia
accipiunt / magis propter suam impotentiam
semper se credunt negligi. Quapropter te
ipsum purgare / ipsis coram / placabilius
est. Mi Et recte et verum dicis. Eg Sequere
me ergo hac intro. Mi Maxume. Eschinus
Esch. Discrucior animi hoccine de inpro-
viso mali michi obici tantum. Ut neque
quid de me faciam / neque quid agam certi
siem. Membra metu debilia sunt. Animus
timore obstupuit. Pectore consistere nichil
consilii quit. Vah quomodo me ex hac

me exhac expediam turba. tanta nunc
suspicio de me incidit. neque eam immeri-
to. Sostrata credit mi me psaltriam
hanc emisse; id anus michi indicium
fecit. Nam ut hinc forte ad ob-
stetricem erat missa, ubi eam vidi,
illico accedo. Rogito pamphila quid
agat. iam ne partus assiet, eon ob-
stetricem accersat. Illa exclamat.
abi abi esschine. iam satis diu dedi-
sti. verba nobis. Satis adhuc tua
nos frustrata fides. hem quid istuc
obsecro inquam est. Valeas habeas illam
que placet. Sensi ilico id illas suspi-
cari. Sed me repressi tamen, ne quid de
fratre garrule illi dicerem, ac fieret
palam. Nunc quid faciam. dicam
fratris esse hanc; id quod minime opus
est, usquam efferri. Age omitte fieri po-
tis est, ut ne qua exeat. id ipsum me-
tuo ut credant, tot concurrunt ve-
risimilia. psaltriam egomet rapui.
ipse egomet solvi argentum. ad me
adducta est domum. Hec adeo mea
culpa fateor fieri. non me hanc
patri rem ut erat gesta indicasse.
exorassem ut eam ducerem. Cessatum
usque adhuc est. Huc iam porro eschine

expergiscere. Nunc hoc primum ē ad
illas ibo ut purgem me. accedam ad fo
res. perii. horresco semper ubi hasce
pultare occipio fores miser. Heus he
us eschinus ego sum. aperite aliquis
actutum hostium. prodit. Nescio
quis. concedam huc. Micio. eschinus.
Ita ut dixi Sostrata facito. Ego
eschinum conveniam ut quo
modo hec acta sint sciat. Sed quis ostium
hoc pulsavit. esch. hercle pater est. perii.
mi. Eschine. esch. Quid huic hic negocii
est. mi. Tu has ne pepulisti fores. Tacet.
cur non ludo hunc aliquantisper. me
lius est. qui quidem hoc numquam mihi ipse
voluit credere. nichil mihi respondes.
esch. Non equidem istas quod sciam. mi. Ita.
nam mirabar quid hic negocii esset
tibi. Erubuit salva res est. esch. dic sodes
pater tibi vero quid istic est rei. mi. Nichil
mihi quidem. amicus quidam a foro me
a foro adduxit modo huc advocatum sibi.
esch. Quid. mi. Ego dicam tibi. habitant
hic quedam mulieres paupercule. ut
opinor has non nosse te. et certe scio.
neque enim diu huc commigraverunt.
esch. Quid tum postea. mi. virgo ē cum
matre. esch. perge. mi. hec virgo orba

Cuiniscott.

est patre. hic meus amicus illi gen
ere est proximus. huic leges cogunt
nubere hanc. Esch. Hei perii. Mi. Quid est?
Esch. Nichil recte perge. Mi. Is venit
secum ut avehat, nam habitat Mileti. Esch.
Hem virginem ut secum avehat.
Mi. Sic est. Esch. Miletum usque obsecr
o. Mi. Ita. Esch. Animo male est.
quid ipse aiunt. Mi. Quid illas
censes. nichil enim. commentata mater
est esse ex alio viro. nescio quo puer
um natum. neque eum nominat. prio
rem esse illum non oportere huic dari.
Esch. Eho nonne hec iusta tibi videntur
postea. Mi. Non. Esch. Obsecro non an il
lam hinc abducet pater. Mi. Quid ni il
lam abducat. Esch. Factum a vobis duri
ter immisericorditerque atque etiam si est pater dicen
dum magis aperte fecistis inliberaliter.
Mi. Quamobrem. Esch. Rogas me. quid
illi tandem creditis fore animi misero
qui cum illa consuevit prius. qui infelix
haud scio an illam misere nunc amat.
cum sibi videbit presens presenti eripi abdu
ci ab oculis. facinus indignum pater. Mi.
Qua ratione istuc. quis despondit. quis
dedit. cui quando nupsit. auctor his
rebus quis est. cur duxit alienam.

Es. An sedere oportuit. domi virginem
tam grandem. dum cognatus huc il
lic veniret expectantem. hec mi pa
ter te dicere equum fuit. et id defen
dere. Mi. Ridiculum. adversum ne il
lum causam dicere cui veneram advo
catus. Sed quid ista eschine nostra.
aut quid nobis cum illis abeamus. quid
est. quid lacrimas. Es. pater obsecro
ausculta. Mi. Eschine audivi omnia
et scio. nam te amo. quo magis que
agis cure sunt michi. Es. Ita velim me pro
merentem ames. dum vivas mi
pater. ut me hoc delictum admisisse.
in me. id michi vehementer dolet et me
tui pudet. Mi. Credo hercle. nam
ingenium novi tuum liberale. sed ve
reor ne indiligens nimium sies. In
qua civitate tandem te arbitrare
vivere. virginem vitiasti. quam te
ius non fuerat tangere. Id peccatum
primum magnum ac humanum tamen
fecere alii sepe idem boni. At postquam id
evenit cedo. numquid circumspexisti.
aut numquid prospexisti tibi. quid fieret.
si te ipsum michi puduit dicere. qua re
scisserem. hec dum dubitas menses
abierunt decem. prodidisti te atque

illam miseram / que gnatam. quod quidem
in te fuit. Quid credebas dormienti ti-
bi confecturos deos. Et illam sine tuo
opere in cubiculum iri deductum domum.
nolim ceterarum rerum te socordem i-
eodem modo esse. Bono animo es, du-
duces uxorem hanc. Esch. Hem. Mi. Bo-
no animo es inquam. Esch. Pater obsecro
num ludis tu nunc me. Mi. Ego te
quamobrem. Esch. Nescio. nisi quia tam
misere hoc esse cupio, verum ideo ve-
reor magis. Mi. Abi domum ac deos
comprecare / ut uxorem arcessas.
abi. Esch. Quid. iam ne uxorem du-
cam. Mi. Iam. Esch. Iam. Mi. Iam
quantum potest. Esch. Di me pater omnes
oderint / ni magis te quam oculos nunc
plus amo meos. Mi. Quid. quam illam.
Esch. Eque. Mi. Perbenigne. Esch. Quid
ubi est ille milesius. Mi. Abiit periit,
navem ascendit. sed cur cessas. Esch. Abi
pater tu potius deos comprecare. Nam tibi
eos certe scio. quo vir melior multo
es quam ego obtemperaturos magis. Mi.
Ego eo intro ut que opus sunt parentur.
tu fac ut dixi si sapis. Esch. Quid hoc
est negotii. hoc est patrem esse / aut hoc
est filium esse. Si frater aut sodalis esset.

hic

qui magis morem gereret / hic non am
andus. hiccine non gestandus in sinu est. hem.
itaque adeo magnam / in me cepit sua com
oditate curam. ne forte imprudens ea
faciam / quod nolit sciens cavebo. Sed cesso
ire intro ne mora meis nuptiis ego
mea siem. Demea senex

de. De fessus sum ambulando. Ut Sire
te cum tua monstratione magni
perdat Iuppiter. perreptavi usque omne op
pidum ad portam ad lacum. quo non.
nec fabrica illic ulla erat. nec fratrem homo
vidisse se aiebat quisquam / nunc vero domi
certum obsidere est / usque donec redi
erit. Mitio. Demea.

mi. Ibo illis dicam. nullam esse in nobis
moram. Sed eccum ipsum. iam dudum
quero mitio. mi. quidnam. de. Fero alia
flagitia ad te ingentia / boni illius adu
lescentis. mi. Ecce autem. de. Nova capi
talia. mi. ohe iam desine. de. ah nescis
qui vir sit / mi. Scio. de. ah stulte tu de
psaltria me somnias agere. hoc peccatum
in virginem est civem. de. Scio mi. Eho
scis quod patere. de. Quidni patiar. de.
dic tu non clamas non insanis. mi. Non
malim quidem. de. puer natus est. mi.
di bene vortant. de. Virgo nihil habet.
mi. Audivi. de. Et ducenda indotata est.

mi Scilicet. de Quid nunc futurum est.
mi Id enim quod res ipsa fert illinc huc
transferetur virgo. de O iupiter istoccine
pacto oportet fieri. mi Quid faciam
amplius. de Quid facias rogitas. si
non ipsa re istuc doleat. simulare certe
est hominis. mi Quin iam virginem
despondi. res composita est. fiunt nu
ptie. demsi metum omnem. hec magis
sunt hominis. de Ceterum placet tibi factum
micio. mi Non si queam mutare.
Nunc cum non queo equo animo fero. Ita
vita est hominum quasi cum luđs te
sseris. Si illud quod maxime est opus
iactu non cadit. illud quod cecidit forte
id arte ut corrigas. de Corrector.
Nempe tua arte viginti mine pro
psaltria periere. que quantum potest.
aliquo abicienda est. si non pretio vel
gratis. mi Nec est neque illam sane stu
deo vendere. de Quid igitur facies. mi
domi erit. de Pro divum fidem. me
retrix et mater familias erit una in do
mo. mi Cur non. de Sanum te credis
esse. mi Equidem arbitror. de Ita
me dii bene ament. ut video ego
tuam ineptiam. facturum te credo ut
habeas. quicum cantites. mi Cur non.
de Et nova nupta hec eadem discet. mi

filiam. de. Tu inter eas restim ductans.
saltabis. mi. probe. et tu nobiscum una si
opus sit. de. Hei michi. non te hec p
udent. mi. Iam vero omitte de
mea tuam istam iracundiam.
atque ita uti conveniat. post huc redeo.
de. O Iupiter hancine vitam. hoscine
mores. hanc dementiam. uxor sine
dote venietque. Intus psaltria est. domus
sumptuosa. adulescens luxus perditus.
Senex delirans. ipsa si cupiat salus salu
are prorsus non potest hanc familiam. Sirus. demea

Si. Edepol Sirisce. tu te curasti molliter.
lauteque munus administrasti tu
um. abi. Sed postquam sum omnium rerum satur.
prodeambulare huc libitum est. de. Illud
sis vide exemplum discipline. Si. Ecce
autem hic adest senex noster. quid fit. quid
tu es tristis. de. O scelus. Si. Ohe iam hec
verba hic fundes sapientia. de. Tu si
meus esses. Si. dis quidem esses demea. ac
tuam rem constabilisses. de. Exemplum
omnibus curarem ut esses. Si. Quam obrem
quid feci. de. Rogas. in ipsa turba atque
in peccato maximo. quod vix sedatum satis
est. potasti scelus quasi re bene gesta. Si.
Sane nollem huc exitum.

dromo. demea. Sirus

dro. Heus heus Sire. rogat te Thesipho.

ut redeat. Sy. Abi. De. Abi. quid Ctesiphonem hic narrat. Sy. Nichil. De. Eho
carnifex, est Ctesipho intus. Sy. Non est.
De. Cur hic nominat. Sy. Est alius
quidam parasitaster. paululus no-
stin. De. Iam scibo. Sy. Quid agis.
quo abis. De. Mitte me. Sy. Noli inquam.
De. Non manus abstineas mastigia. an
tibi iam mavis cerebrum dispergi. hic.
Sy. Abiit. edepol commessatorem haud sa-
ne commodum. presertim Ctesiphoni. quid
ego nunc agam. Nisi dum hec silescunt
turbe. interea in angulum. aliquo ab
eam. atque edormiscam hoc vini. sic agam.

Micio. Demea.

Mi. Parata a nobis sunt ita ut dixi
Sostrata. Ubi vis. quisnam a me
pepulit tam graviter fores. De. Hei mihi quid
agam. quid faciam. quid clamem. aut
quid querar. O celum o terra o maria
neptunia. Mi. Hem tibi rescivit omnem
rem. id nunc clamat scilicet. parate
lites. succurrendum est. De. Eccum adest
communis corruptela nostrorum libe-
rorum. Mi. Tandem reprime iracun-
diam atque ad te redi. De. Repressi. redii.
mitto maledicta omnia. rem ipsam
putemus. dictum inter nos hoc fuit ex
te adeo est ortum. ne tu curares meum.
neve ego tuum. responde. Mi. Factum est.

non nego. DE. Ciu mit apud te potat. cum
recipis meum. cur eius amicam mitio. Et
Nunquid minus mihi idem ius equum est
esse quam quod equum est tibi. Cum ego tuum non
curo, ne cura meum. MI. Non equum
dicis. DE. Non. MI. Nam vetus verbum
hoc quidem est, communia esse amicorum
inter se omnia. DE. Facete. Nunc demum
istec nata est oratio. MI. Ausculta pau
lulum, nisi molestum est demea. princi
pio si id te mordet, sumptus filii quem
faciunt, queso facito hoc tecum cogites.
Tu illos duos olim pro re tolerabas tua.
quod satis putabas tua bona ambobus fore.
Et tum uxorem credidisti, scilicet ducturum.
eandem istam rationem antiquam obtine.
Quere parce fac quam plurimum illis relinquas
gloriam. tu istam obtine. Mea que
preter spem evenere utantur, sine. de su
mma nichil decedet. quod hinc accesserit. id
de lucro putato esse omnia. hec si voles
in animo vere cogitare demea, et mi
et tibi et illis depresseris molestiam. DE.
Mitto rem. consuetudinem ipsorum. MI.
Mane, scio istuc ibam. multa in homine
demea, signa insunt, ex quibus coniectura
facile fit. duo cum idem faciunt, sepe ut
possis dicere hoc licet impune facere huic.
illi non licet. Non quod dissimilis res sit, sed quo

is qui facit / que ego ẽe in illis uideo / ut
confidam fore. Ita ut uolumus uideo eoſ
ſapere. intelligere in loco. Vereri / noſ int
ſe amare / ſcire eſt liberuz ingeniuz / atq;
animuz / quouiſ illoſ tum dicaſ reducaſ
at eim metuaſ ne ab re / ſint tam obmiſ
ſoreſ paulo / o nr̃ demea. ad omnia alia
etate ſapimuſ rectiuſ / ſolum unuz hoc
uicium affert ſenectus hominib;. atte
tioreſ ſumuſ ad rem omnez / q̃ ſat eſt / q
illoſ ſat etaſ acuet. de Ne nimiuz bone
modo bone tue iſte noſ rõeſ mitio. et
tuuſ iſte animuſ equoſ ſubuertant. mi
Tace non fient mitte iam iſta. Da te
hodie michi / exporge frontez. de Scilicz
ita tempus fert. faciunduz ẽ / ceteꝛu / rus
craſ cuz filio / cum prima luce ibo hinc
mi iſmo de nocte cenſeo / hodie mo hilarez
fac te. de Et iſtam pſaltriaz / una illuc
mecum hinc abſtraham. mi pugnau
eriſ. eo prorſus pacto illic alligariſ fi
lium. modo facito ut illam ſerues. de Ego
iſtuc uidero / atq; illic fauille plena fu
mi / ac pollinis coquendo ſit faxo / et molē
do / pret hec / meridie ipſo faciam ut ſti
pulam colligat. tam excoctam atq; atrā
reddam. q̃ carbonez. mi placet nunc
michi uidere ſapere. de atq; equidē
filiuz. tum et ſi nolit cogaz / ut cum illa una

tibique · mi deudes / fortunatus qui istec
animo sies · de · Ego sentio · mi · de · fratris
ne · de · Iam iam desino · mi · ipse igitur intro · sy
cui rei est opus · hylarem sumamus diem ·
Persona · Sirus
Nunquam ita quisquam bene subducta
de · ratione ad uitam fuit / quin
res etas / usus / semper aliquid apportet n/
noui · aliquid moneat / ut illa que te
scire credas nescias · et que tibi putaris
prima · in experiendo repudies / quod nunc
mihi euenit · Nam ego uitam quam
uixi usque huc / prope iam exacto spatio
omitto · Id quobrem re ipsa repperi · faci
litate nichil esse homini melius / neque cle
mentia · Id esse uerum ex me / atque ex fratre
cuius facile est noscere · Ille suam semper
egit uitam · in otio in conuiuiis / clemens
placidus nulli ledere os / arridere omnibus
sibi uixit / sibi sumptum fecit · omnes benedi
cunt / amant / ego ille agrestis / seuus / tri
stis / parcus / truculentus / tenax / duxi ux
orem · qua ibi miseriam uidi / nati filii
alia cura / porro autem dum studeo illis / ut
quam plurimum facerem contriui in querendo
uitam / atque etatem meam / · Nunc exacta
etate hoc fructus pro labore / ab his fero
odium / ille alter sine labore / patria potitur
commoda / illum amant / me fugitant / illi
credunt consilia omnia · Illum diligunt apud
illum sunt ambo · ego desertus sum · Illum ut

uiuat optant. Meam at mortem
expectant. scilicet. ita eos meo labore
eductos maximo. hic fecit suos paulo
sumptu. miseriam omnem ego capio. hic
potitur gaudia. Age age nunc experi
amur contra hec. quid ego possim bl
ande dicere. aut benigne facere. quando
eo prouocat. ego quoque a meis me am
ari et magni pendi postulo. si id fit dan
do atque obsequendo. Non posteriores feram.
deerit id mea minime refert. qui sum
natu maximus.

Sy. Heus demea. Rogat frater ne abeas
longius. De. Quis homo est. o Syre
noster quid fit. quid agitur. Sy. Recte. De.
optime est. iam nunc hec tria primum ad
didi. preter naturam noster quid fit. quid agitur.
seruum haut illiberalem prebes te. et tibi
lubens bene faxim. Sy. Gratiam habeo. De.
atqui Syre. hoc uerum est. et ipsa re experi
ere. prope diem. Geta. demea.

Ge. Hera ego huc ad hos prouisam. quam mox
uirginem accersant. Sed eccum de
mea saluus sies. De. Oh qui uocare. Ge.
Geta. De. hominem maximi pretii esse te
hodie iudicaui animo meo. Nam is
mihi est perfecto seruus. expectatus satis. cui
dominus cure est. ita ut tibi sensi Geta. Et tibi
ob eam rem si quid usus uenerit. lubens
bene faxim. meditor esse affabilis et bene

protedit. sy. Bonuſ eſtz hec exiſtiāq
de. paulatim plebez primulū facio m
eam. Eſchinus. demea. getā. ſirus.
eſ. Occidunt/ me quidez dum nimiſ ſcāſ
nuptiaſ ſtudent/ facere/ & i apparaz
ando totuz nc conſumūt diez. de. Quid
agitur eſchine/ eſ. Hem pat mi tu hic
eraſ. de. Tuuſ hercle uō/ & animo & nā
pater/ qui te amat pluſ/ q̄ hoſce oculoſ.
Sed cur non domū queſo uxorem acce
ſis. eſ. Cupio/ uerum hec michi mora ē/
tibicina/ & himeneuz qui canat. de. hez
cho/ uin tu huic ſeni auſcultare? eſ. hez
quid. de. Miſſa hec face/ hymeneum
turbam/ lampadaſ/ tibicinaſ/ atz hanc
in orto maceriam iube dirui/ quantuz
pot hanc trāſfer. Vnam fac domuz tra
duce & matrem/ & familiaz ad noſ. eſ.
placet pat lepidiſſime/ de. Euge/ lepidꝰ
uocor/ frīſ edeſ fient puie/ turbaz domū
adducet/ & adſumptuz admitte in lta
quid mea. ego lepiduſ ineo gr̄az. iube nc
iam denumeret babilo ille uiginti mīaſ.
ſire ceſſaſ ire ac facere. sy. Quid agam.
de. dirue tum illaſ abi & traduce. eſ.
dij tibi demea beneficiant/ cum te uideo
nre familie nre tam ex animo factuz
uelle. de. dignoſ noſ arbitror/ Quid tu
aiſ. eſ. Sic opinor. de. Multo rectiuſ
eſt/ q̄ illam puerperaz hac nunc duci

priuam egrotam. esch. Nichil est melius
uide mi pater. de. Sic soleo. ...
egreditur foras. Micio Demea Eschinus

mi. Ubi est frater. ubi is est. tu me iubes
hec demea. de. Ego uero iubeo. et
in hac re. et in aliis omnibus. quam maxime
unam facere nos hanc familiam. colere
adiungere. esch. Ita queso pater. mi. Haud
aliter censeo. de. Immo hercle ita nobis de-
cet. primum huius uxoris est mater.
mi. Est quid postea. de. Proba et modesta.
mi. Ita dicunt. de. Natu grandior. mi.
Scio parere iam diu hec per annos non potest.
de. Neque qui eam respiciat quisquam est.
sola est. mi. Quam hic rem agit. de.
hanc te equum est ducere. et te operam
ut fiat dare. mi. Me ducere autem. de.
Te. mi. Me. de. Te inquam. mi. Ineptis.
de. Si tu sis homo hic faciat. esch. Mi pater.
mi. Quid tu autem huic asine auscultas.
de. Nichil agis. fieri aliter non potest. mi.
Deliras. esch. Sine te exorem mi pater. mi.
Insanis. esch. Age da ueniam queso filio.
mi. Satin sanus es. ego nouus maritus
anno demum quinto et sexagesimo
fiam. atque anum decrepitam ducam. id
ne estis auctores mihi. esch. Fac ego promi-
si illis. mi. Promisisti autem. de te lar-
gitor puer. de. Age si quid te maius

orem. MI. Quin non hoc sit maximum. DE.
da veniam. ES. Ne gravare. DE. Fac pro
mitte. MI. Non obmittitis. ES. Non nisi
te exorem. MI. Vis est hec quidem. DE. Age
prolixe Micio. MI. Etsi hoc mihi pravum
ineptum absurdum / atque alienum a vita
mea videtur. si vos tantopere istuc vultis
fiat. ES. Bene facis merito te amo.
DE. Verum quid ego dicam hoc / cum fit
quod volo. Quid nunc. Quid restat. Hegio.
his est cognatus / proximus affinis no
bis. pauper nos aliquid benefacere illi de
cet. MI. Quid facerem. DE. Agelli est hic
sub urbe paululum. quod locitas foris. huic
ego demus qui fruatur. MI. Paululum
est id autem. DE. Si multum sit faciundum est /
pro patre huic est / bonus est / noster est / recte
datur. Postremo nunc meum illud verbum
facio. quod tu Micio bene et sapienter
dixti dudum. vitium commune omnium est /.
quod nimium ad rem in senecta attenti
sumus. hanc maculam nos decet effu
gere. dictum est vere / et re ipsa fieri oportet.
MI. Quid istuc dabitur quidem quando hic volt.
ES. Mi pater. DE. Hunc mihi es germa
nus pariter corpore / et animo. MI. Gaudeo.
DE. Suo gladio hunc iugulo.

Syrus · Demea · Micio · Eschinus ·

SY. Factum est quod iussisti demea. DE. frugi
homo es. Ego edepol hodie mea quidem
sententia iudico syrum fieri equum liberum. MI.
istum liberum. quodnam ob factum. DE. Multa.
SY. O noster demea edepol vir bonus. Ego istos
vobis usque a pueris curavi ambos sedulo.
docui admonui. bene precepi semper que
potui omnia. DE. Res apparet. et quidem hec
obsonare cum fide scortum adducere. ap
parare de die convivium non mediocris
hominis hec sunt officia. SY. O lepidum ca
put. DE. postremo hodie in psaltria ista
emunda hic adiutor fuit. hic curavit
omnia. prodesse equum est alii meliores
erunt denique hic vult fieri. MI. Vin tu
hoc fieri. DE. cupio. MI. Siquidem tu vis
Syre eho accede huc ad me liber
esto. SY. Ursatis omnibus gratiam habeo
et seorsum tibi preterea demea. DE. Ga
udeo. ES. Et ego. SY. Credo utinam hoc per
petuum fiat gaudium Frigiam uxorem
ut meam una mecum videam liberam.
DE. Optimam quidem mulierem. SY. Et quidem
tuo nepoti huius filio hodie primum mammam
dedit hec. DE. hercle vero serio siquidem
primam dedit haud dubium est quin
emitti equum siet. MI. ob eam rem.
DE. ob eam postremo a me argenti quantum
est sumito. SY. Dii tibi demea omnes
semper omnia optata afferant.

mi Syre processisti omnia hodie pulcre.
de Siquidem porro mitio tuum officium
facies. atque huic aliquid paululum pre
manu dederis. unde utatur. reddet
cito. mi Istoc quid uilius. esch frugi
homo est. sy Reddam hercle da mo
do. esch Age pater. mi post consulam. de
faciet. sy O uir optime. esch O mi pater
festiuissime. mi Quid istoc. que res tam
repente mores mutauit tuos. quod prolubium.
que istec subito est largitas. de
dicam tibi ut id ostenderem. quod te isti
facilem et festiuum putant. id non fieri
ex uera uita. neque adeo ex equo et bono.
sed ex assentando. indulgendo et lar
giendo mitio. Nunc adeo si ob eam rem
uobis mea uita inuisa est eschine. quia
non iusta iniusta prorsus omnia omnino — pro oio
persequar. Missa facio. Effundite emi
te. facite quod uos lubet. Sed si id uul
tis potius que uos propter adolescentiam
minus uidetis. magis impense cupitis
consulitis parum. hec reprehendere et
corrigere. me obsecundare in loco. ecce
me qui id faciam uobis. esch pater permit
timus. plus scis quid facto opus est.
sed de fratre quid fiet. de Sino. habeat istam
finem faciat. esch Istuc recte.
Plaudite Ego calliopius recensui.

Argumentum

Ex duobus fratribus alter locuplex
duxit uxorem / locupletem sustu-
lit / alter pauperrimus duxit uxo-
rem locupletem / et ex ea sustulit filium
pauperem. Cum agrorum et negotiorum causa uxo-
ris frequenter lemnum commeabat / ubi
cum adamasset. / pauperculam quandam
sustulit ex ea filiam / at dum veretur
ne quid emanaret hoc crimen ad ux-
orem priorem / commutavit suum nomen /
post culpam fratri suo confessus est. Im-
petravitque puellam / quam ex mu-
liere lemnia sustulerat / velle dare
in matrimonium filio suo. et sic cri-
men occultaretur. Et inter hec necesse
fuit. utrumque senem peregrinari. Cum
locupletem amicitia in ciliciam aduec-
asset. pauperem negotia uxoris lem-
nium attraxisset. Id accidit cum in adultam
etatem puellam / perducta cum matre
athenas venerat. qua egritudine
animi. quod pater non inveniretur / amis-
sit. in cuius funere / conspecta ab ado-
lescente locupletis filio / adamata est.
cum copia eius non fieret aliter quam le-
gitimis nuptiis ducta esset in uxorem
hortante parasito / adolescens tantum

orbe pyrrhus duxit / hoc reuerſo ſe
ne / egere ferie reperiat / & omnia facere
ut eam domo expleterent / forte accide
rat ut alter adoleſcens pauperis filius
inter hec & inamorez meretriciaſ
& cum xxx minas deſideraret . ubi
ea redimeret / ſubornatus paraſitus
tranſiit eā que inuenis collocata erat
non proximus uxorem duceret . &
ſic xxx dotis nomine acciperet . quam
accepiſſet / tradidit adoleſcenti me
retricem redimende gratia . Interim ille
pauper cognoſcit / acuitiſ exorat / ut
marito ſuo ignoſceret / probat paraſi
te factum / quod filio ſuo amanti ſubueniſ
ſet .

alium argumentum

Cremetis frater aberat / peregre
demipho relicto / athenis anti
phone filio / cremes habebat lemni uxo
rem et filiam / athenis aliam coniugem / . Et
amantem unice natum fidicinam / mater
e lemno uenit athenas moritur . Virgo
ſola / aberat cremes . pre erat funus
ibi uiſam antipho cum amaret / ope
paraſiti uxorem accipit / pater & creme
es reuerſi fremere . deinde minas
xxx dant paraſito / ut illam coniugem
haberet . ipſo argento hec emitur fidicina /

uxorem retinet antipho a patruo
cognitam Prologus.

Poſtquam poeta uetus poetam non poteſt re
trahere a ſtudio, et tranſdere hominem
in ocium maledictis deterrere ne ſcribat
parat ita qui dictitat, quas [illegible]
antehac fecit fabulas, tenui eſſe oratione
et ſcriptura leui, quia nuſquam ſcripſit inſa
num adoleſcentulum, ceruam uidere
fugere, et ſectari canes. Quod ſi intelligeret
cum ſtetit olim noua actoris opera.
magis ſtetiſſe quam ſua, minus multo
audacter quam nunc ledit lederet. Et
magis placerent quas feciſſet fabulas
Nunc ſi quis eſt qui hoc dicat, aut
ſic cogitet: Vetus poeta ſi non laceſſiſſet,
prior nullum inuenire prologum potuiſſet
nouus, quem diceret, niſi haberet cui ma
lediceret. Is ibi reſponſum hoc habeat in
medio omnibus palmam eſſe poſitam qui
artem tractant muſicam. Ille ad famem
hunc a ſtudio uoluit reicere. hic reſpon
dere uoluit non laceſſere. benedictis ſi
certaſſet audiſſet bene. quod ab illo alla
tum eſt, ſibi eſſe id relatum putet. de illo
iam finem faciam dicundi mihi peccandi
de ſe cum ipſe finem non facit. Nunc
quid uelint animum attendite. apporto
nouam Epidicazomenon quam
comediam uocant greci. latini pho
mionem uocant. quia primas partes q

aget hic erit phormio parasitus. per quem
res agetur maxime. Voluntas vestra si ad po
etam accesserit date operam. adeste equo
animo per silentium. ne simili fortuna u
tamur. atque usi sumus. cum per tumultum
noster grex motus loco est. quem actoris virtus
nobis restituit. locum. bonitasque vestra ad
iutans atque equanimitas. Davus solus

da Amicus meus summus et popularis
Geta heri ad me venit. erat ei
de ratiuncula iampridem apud me re
liquum pauxillum nummorum id ut con
ficerem. confeci. affero. Nam herilem
filium eius audio duxisse uxorem. ei
credo munus hoc corroditur. Quam inique com
paratum est. hi qui minus habent ut semper
aliquid addant divitioribus. quod ille un
ciatim vix de demenso suo. suum defrau
dans genium comparsit miser. id illa
universum arripiet. haud existimans
quanto labore sit partum. porro autem Geta
ferietur alio munere ubi hera pepererit.
porro autem alio ubi erit puero natalis
dies. ubi initiabit. omnia hec mater
auferet. puer causa erit mittundi. Sed
videon Getam. Geta. Davus.

Ge. Si quis forte me quereret rufus.
da. presto est desine. Ge. O at ego obviam
conabar tibi Dave. Da. accipe hem lec
tum est conveniet numerus quantum debui. Ge.

amo te. et non neglexisse habeo gratiam.
Da. presertim ut nunc sunt mores. adeo res redit.
si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Sed quid tu es tristis. Ge. Ego ne? nes-
cis quo in metu, et quanto in periculo ego simus.
Da. quid istuc est. Ge. Scies modo ut tacere
possis. Da. abi sis insciens, cuius tu fidem
in pecunia perspexeris. verere verba ei
credere, ubi quid mihi lucri est te fallere. Ge. Ergo
ausculta. Da. Hanc operam tibi dabo.
Creme .i. fratris — Ge. Senis nostri dave, fratrem maiorem cre-
men. nostin. Da. Quid ni. Ge. Quid eius
gnatum phedriam. Da. Tanquam te (cognosco). Ge. Ev-
enit senibus ambobus simul. iter illi in lem-
num ut esset, nostro autem in ciliciam ad ho-
spitem antiquum. is senem per epistolas
pellexit modo non montes auri pollicens (promittens). Da.
Cui tanta erat res et supererat. Ge. desinas.
Magistrum qui punit vel magistratus — Sic est ingenium (hominum). Da. O regem me esse opor-
tuit. Ge. Abeuntes ambo. hinc tum senes
me filiis relinquunt quasi magistrum. Da.
O geta provinciam cepisti duram. Ge. Mi
usu venit, hoc scio, memini re-
linqui me deo (genio) irato meo. cepi adversari,
primo quid verbis opus est. Seni fidelis
dum sum, scapulas (spallas humeros) perdidi. Da. Venere in
mentem mi istec, namque inscitia est (stultitie) adver-
sum stimulum calces. Ge. Cepi his omnia
facere, obsequi que vellent. Da. Scisti

in foro. Ge. Hostis / mali nichil quicquam. p-
fecit hic phedria / continuo quandam n-
actus est puellam citharistriam. hanc am-
are cepit perdite. Ea serviebat lenoni i-
purissimo. Nec erat quod daretur quicquam / id cu-
rant patres. Restabat aliud nichil nisi
oculos pascere. sectari in ludum / ducere
et reducere. Nos otiosi operam damus
phedrie in quo hec / discebat ludo. exadv-
ersum loco tonstrina erat quedam. Hic solebam
fere plerumque eam operiri / dum inde iret
domum. Interea dum sedemus illic / inter-
venit adulescens quidam lacrimans. Nos
mirarier. rogamus quid sit. Nunquam eque
inquit / ac modo paupertas / onus mihi visum
est / et miserum et grave / Modo quandam
virginem / hic vicinie miseram / suam
matrem lamentari mortuam. Ea sita
erat exadverso / Neque illi benivolus / neque
notus / neque cognatus extra unam aniculam.
Quisquam aderat / qui adiutaret funus. e-
funus. miseritum est / Virgo ipsa facie egregia.
Quid verbis opus est. Commorat omnis nos.
Ibi continuo antipho / vultisne eamus visere.
Alius censeo eamus. duc nos sodes. Imus
venimus. videmus. Virgo pulcra. et
quo magis diceres nichil aderat adiumenti
ad pulcritudinem / capillus passus nu-
dus pes. Ipsa horrida lacrime

vestitus turpis, ut nisi vis boni in ipsa inesset
forma, haec formam extinguerent. Ille qui
illam amabat fidicinam, tantummodo satis
inquit scita est. Noster vero. Da. Iam scio amare
cepit. Ge. Scin quam? quo evadat vide.
Postridie ad anum recta pergit obsecrat,
ut sibi eius faciat copiam. Illa enim se negat,
neque eum equum ait facere. Illam hinc civem
esse Athicam bonam bonis prognatam, si uxorem
velit, lege id licere facere, sin aliter negat.
Noster quid ageret nescire. Et illam ducere
cupiebat. Et metuebat absentem patrem. Da.
Non, si rediret, ei pater veniam daret? Ge.
Ille ne indotatam virginem atque ignobilem
daret illi? numquam faceret. Da. Quid fit denique?
Ge. Quid fiat? Est parasitus quidam Phormio,
homo confidens, qui illum dii omnes perduint.
Da. Quid is fecit? Ge. Hoc consilium quod
dicam dedit. Lex est ut orbe, qui sint genere
proximi, eis nubant. Et illos ducere eadem
haec lex iubet. Ego te cognatum dicam, et tibi
scribam dicam, paternum amicum me assi-
mulabo virginis. Ad iudices veniemus,
qui fuerit pater, que mater, qui cognata
tibi sit, omnia haec confingam, quod erit
mihi bonum atque commodum. Cum tu nichil
horum refelles, vincam scilicet. Pater
aderit. Mihi parate lites. Quid
mea? Illa quidem nostra erit.

da totilatem iudaica. ge persuasit ho antiphoni
mini. Factum e. uentum e. uincim. duxit.
da Quid narras. ge hoc quod audis. da o
bete quid de te futurum e. ge Nescio hercle.
unum hoc scio. quod fors feret. feremus equ
animo. da placet. hem istuc uiri est offi hominis
cium. ge In me omnis spes est m. da laudo. ex hoc eum spem in me habeo
ge Ad precatorem adeam credo qui
michi sic oret. Hunc obmitte queso hu c
ceterum posthac si quicquam nichil precor. fecerit certe
timmo non addat. ubi hinc abiero. ul
occidito. da Quid pedagogus ille qui — pedagogi qui pueros erudiunt
citharistriam. quid rei gerit. ge Sic te
nuit. da Non multum habet quod det. Fortasse.
ge Imo nichil. nisi spem meram. da pater
eius redit an non. ge Nondum. da Quid
Senem. quoad expectatis uirum. ge Non
certum scio. sed epistulam ab eo allatam au
dini eo modo. et ad portitores esse dela
tam. hac petam. da Numquid Geta
aliud me uis. ge Ut bene sit tibi. puer
heus. Nemon huc prodit. cape. da hoc argentum
dorcio. Antipho. phedria.

an Adeon credas rem redisse ut qui michi
consultum optime uelit esse phedri
am. patrem extimescam. Ubi ei aduenit
in mentem uenit quid mi fuisset incogi
tanti. ita eum expectarem. fuit par fuit
phe Quid istuc. an Rogitas. qui tam

audacis. facinoris / michi conscius sis. qd
utinam ne phormioni id suadere in mente
incidisset / neu me cupidum eo impulisset
qd mihi principium est mali. si non potitus
essem / fuisset tum illud mi egre aliquot
dies. at non quotidiana cura hec ange
ret animum. Phe. audio. An. dum expe
cto quam mox veniat / qui adimat hanc
mi consuetudinem. Phe. aliis quia defit
qd amant egre est tibi / quia superest dolet
amore abundans antipho. Nam tua
quidem hercle certe vita / hec expeten
da optandaque est. ita me dii bene ament
ut michi liceat tam diu qd amo frui /
iam depaciscar morte cupio. Tu coniato
cetera. quid ego ex hac inopia nunc
capiam. et tu quid ex istac copia / ut ne
addam qd sine sumptu ingenuam ac li
beralem nactus es. qd habes ita ut volu
isti uxorem / sine mala fama palam
beatus ni unum desit / animus qui mo
deste istec ferat. qd si tibi res sit cum
eo lenone / cum quo mihi est tum sentias.
ita plerique ingenio sumus / omnes nostri
nosmet penitet. An. At tu mihi contra
nunc videre fortunatus fedria / cui de
integro est potestas. et consulendi qd
velis retinere / amare amittere. Ego
in eum incidi infelix locum / ut neque mihi eius
sit amittendi / nec retinendi copia. Sed

quid hoc est? uideon ego Getam currere
huc aduenire. Is est ipsus. Ei timeo miser
quam hic nunc mihi nuntiet rem. Geta. Antipho. Phedria.
Ge. Nullus es Geta, nisi iam tibi aliquod con
silium celere reppereris. ita nunc im
paratum subito tanta te impendent mala.
que neque uti deuitem scio, neque quomodo me
extraham. Nam non potest celari nostra diutius
iam audacia. que si non astu prouidentur,
me aut herum pessumdabunt. An. Quid
nam ille commotus uenit. Ge. Tum temporis
mihi punctum ad hanc rem est. herus adest.
An. Quid id mali est? Ge. Quod cum
audierit, quod eius remedium inueniam
iracundie? loquarne? incendam. Ta
ceam? instigem. purgem me? laterem
lauem. Heu me miserum. cum mihi paueo
tum me Antipho excruciat animo, eius
me miseret. ei nunc timeo. is nunc me retinet.
nam absque eo esset recte. ego mihi prouidi
ssem. et senis essem ultus iracundiam. ali
quid conuasissem. Atque hinc me protinus
conicerem in pedes. An. Quam mihi
fugam aut furtum parat? Ge. Sed ubi
Antiphonem reperiam. aut qua querere
insistam uiam. Phe. Te nominat. An. Ne
scio quod magnum hoc nuntio expecto ma
lum. Phe. sanus nec es? Ge. domum
ne pergam. ibi plurimum est. Phe. Reuo
cemus hominem. An. Sta ilico. Ge. Hem

satis pro imperio quisquis es. an Geta.
ge Ipse est quem volui obviam. an Cedo quid
portas obsecro. atque id si potes uno verbo ex
pedi. ge Faciam. an Eloquere. ge Mo
do apud portum. an Meumne. ge Intel
lexti. an Occidi. ge Hem. an Quid agam.
ph Quid ais. ge Huius patrem vidisse
me patruum tuum. an Nam quod ego huic
nunc subito exitio remedium inveniam
miser. quod si eo meae fortunae redeunt
Phanium abs te ut distrahar nulla mi
vita est expetenda. ge Ego istec cum ita
sint antipho tanto magis te advigi
lare equum est. Fortes fortuna adiuvat.
an Non sum apud me. ge Atqui opus
est nunc cum maxime ut sis antipho. Nam
si senserit te timidum pater esse arbitra
bitur commeruisse culpam. ph Hoc verum
est. an Non possum immutarier. ge Quid
faceres si aliquid tibi gravius tibi nunc
faciundum fore. an Cum hoc non possem
id minus possem. ge Hoc nichil est Ph
edria ilicet. Quid conterimus operam
frustra quin abeam. ph Et quidem
ego. an obsecro. Quid si assimulabo.
satin est. ge Garris. an Vultum
contemplamini hem. satin sic est. ge
Non. an Quid si sic. ge Sat est. hem
istuc serva. et verbum verbo par pari
ut respondeas ne te iratus suis sevis

dās

125 Terentius. Comœdiæ. MANUSCRIPT ON VELLUM, ITALIAN, XV CENT. *written on* 108 *ll. long lines,* 28 *to a page, a few flaws in the vellum, one leaf torn and stitched, a few worm-holes, morocco* SÆC. XV

*** This MS. is a palimpsest. It is from the Phillipps collection, and was formerly in the Celotti collection.

Sotheby's Sale
7/25/09 17

[illegible] TN. COMED AE. COD. [illegible]